PA61.04
L51

PA6104
.L51



Papyr. Oxyrhynch. mus. Britann. 668 col. VII lib. 53, 54.

T · LIVI

PERIOCHAE OMNIVM LIBRORVM FRAGMENTA OXYRHYNCHI REPERTA IVLII OBSEQVENTIS PRODIGIORVM LIBER

EDIDIT

OTTO ROSSBACH

ADIECTA EST TABVLA PHOTOTYPICA

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.

MCMX

LIPSIAE
IN AEDIBVS B·G·TEVBNERI

161489

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

MEMORIAE

TH · MOMMSENI

ET

M · HERTZII

ὁ χρόνος καὶ ἡ τούτου φύλαξ καὶ ὀπαδὸς
καὶ ἔφορος ἀλήθεια τὸν Λίβιον ἀνέφηναν
καὶ ἐξεκάλυψαν ὥσπερ κεκρυμμένον θησαυρὸν
καὶ κεχανδότα πολλὰ καὶ ἐσθλά.

PRAEFATIO

Non forte fortuna neque caeco omnino casu factum videtur esse, ut in vasto Aegypti papyrorum Graecarum et orientalium velut mari perpauca tantum insularum exiguarum instar innatent fragmenta ad litteras Latinas pertinentia. quo enim tempore poetae Romani civium animos ad imitanda exemplaria Graeca acerrime instigabant, eo ipso litterarum Latinarum monumenta hominibus Alexandrinis sorduisse videntur et fastidita iacuisse. id quod ne proximis quidem saeculis multum mutatum esse cum ex moribus eorum, quales Hadrianus epistula ad Servianum consulem data descripsit, elucet, tum hinc quod, qua erant acerba dicacitate, ne ab imperatoribus quidem Romanis eorumque familiaribus illic peregrinantibus abstinuerunt et Traianum Antoninum Caracallam Alexandrum Severum facetis conviciis lacessiverunt. itaque mirandum non est, quod in papyris in Aegypti oppidis repertis perpauci aetatem tulerunt poetarum Latinorum versus, quos Romae homines *a furno redeuntes lacuque* canebant et pueruli Pompeiani parietibus incidebant, velut Vergilii Aeneidis libri primi lacerae quaedam laciniae (Oxyrhynchus papyri vol. I nr. 31, saeculi V), pauciora etiam ad philosophiam pertinentia ut fragmentum quoddam nuper editum (ibid. vol. VI nr. 871 saeculi V ineuntis), cuius oratio Tullianae similior est quam Annaeanae[1]). paullo aliter res se habebat in tertio quodam

1) Hoc ea ex re maxime perspicitur, quod *astutiae* vocabulum occurrit aeque ac *haud*, *hice*, *etsi*, de quibus v. quae F. Haasius volumini III operum Senecae p. XIII sq. praefatus est, L. Annaeo Senecae in pedestris orationis libris vitatum, apud Ciceronem satis frequens. ceterum initium fragmenti supra

litterarum genere. vix enim quidquam iam inde a Polybii temporibus hominum Graecorum superbia non occaecatorum animos ad admirationem ita commovebat quam Romanorum rei publicae administrandae peritia et in mala quoque fortuna praeclara constantia, qua quinquaginta et quod excedit annis totum fere orbem tunc notum dicioni suae subiecerant. hinc igitur evenit, ut historicorum Latina lingua utentium et illic repertorum aliquanto plura fragmenta supersint, inter quos praeter versiculos nonnullos, quos editores Grenfellius et Huntius Trogi Pompeii Philippicis tribuerunt (Oxyrhynchus papyri I nr. 30 saeculi tertii), primum locum obtinent satis amplae epitomarum T. Livii librorum trigesimi septimi usque ad quinquagesimum quintum reliquiae octo columnis papyraceis saeculi quarti vel tertii servatae. totum enim Livii ab urbe condita opus maximo aequalium plausu acceptum et multum lectitatum ne ubique extaret, ipsa eius obstabat moles centum quadraginta duobus libris h. e. longe pluribus, quam quisquam ante eum composuerat, octo fere saeculorum res gestas complexi. ita ne homines quidem litterati saeculi p. Chr. n. primi exeuntis et secundi incipientis ut Martialis in bibliothecis suis integri Livii exemplaria habebant (XIIII 190), sed idem nos hoc ipso, quod est inter *ἀποφόρητα* eius epigrammate, excerpta Liviana in exiguis membranis perscripta tunc frequenter in usu fuisse docet. id ipsum igitur hac in re cernitur studium huius aetatis hominum eruditorum illorum quidem, sed solidam ac severam doctrinam iam aspernari incipientium, quo Epicuri et Publilii Syri sententias ex eorum libris excerpebant[1]), Ennii versus ex Ciceronis libris de legibus cognoscebant[2]), in historia ex epitomis quam ex annalibus

memorati ita supplendum videtur esse: *inertia p[otius f]it quam virtute.* II viri Oxonienses ediderunt: *inertia m[agis ..]. it qu. v.* iidem bene observaverunt id, quod sub finem legatur, *nullus ne minimus quidem* apud Ciceronem quoque Tusc. V 16 extare.

1) Seneca de tranqu. an. 11, 8, epist. mor. I 8, 8, cf. O. Roßbach, de Senecae philos. recens. et emendat. p. 85 adnot. 2.

2) Seneca epist. mor. XVIII 5, 33 sq., cf. F. Mewis, de Senecae philos. studiis litterarum, Regimontii 1903, p. 7, 42 sq.

sapere malebant, in philosophia naturali argumentationes mathematicas auctorum Graecorum omittebant.[1])

Sed de deverticulo in viam. papyrus igitur illa anno huius saeculi tertio Oxyrhynchi reperta (**O**) inter Musei o Britannici thesauros Oxyrhynchiacos numero 668 insignita asservatur. octo autem columnae sunt vicenos senos centimetros altae, sed ita pessumdatae, ut aut sinistrae aut dextrae marginis, in columnis secunda septima octava mediorum versuum magnae partes perierint. in quibus rectis librarius saeculo p. Chr. n. quarto ineunte vel iam tertio[2]) excerpta illa Liviana litteris bellissimis uncialibus, quae appellantur, et ad amussim ita directis, ut etiamsi parva tantum alicuius particula supersit, plerumque pristinam litteram facili negotio agnoscas, perscripsit. quarum litterarum exempla habes eiusdem fere atque in papyro ipsa magnitudinis in tabula phototypica columnae septimae, quam me rogante redemptor honestissimus huic exemplari adiciendam curavit. columnae octavae, cuius pars dextra periit, similes imagines extant in libris The Oxyrhynchus papyri IV tab. VI, E. Kornemann, die neue Livius-Epitome aus Oxyrhynchos (Beiträge zur alten Geschichte, 2. Beiheft), F. Steffens, lateinische Paläographie supplem. tab. I, primae columnae in The new palaeographical society, facsimiles of ancient manuscripts III tab. LIII. unde melius, quam verbis indicari potest, genus scripturae cognosces ductibus constans certis et aequabilibus, litteris in elementorum b d h m q formis iam ad genus cursivum vergentibus, verborum finibus raro indicatis. librorum initia et novi consules vel alia nomina propria litteris primis supra ceterorum versuum normam, ut fit in inscriptionibus, paululum excedunt. contra versuum fines, quamquam est, ubi iis exeuntibus verborum syllabae dirimantur, maxime inaequales sunt. id quod non, ut Kornemannus putat (l. c. p. 2), inde tantum explicari videtur, quod chartae

---

1) Seneca nat. quaest. I 4, 1; 5, 13, cf. epist. mor. XIII 3, 24 sq.

2) Oxyrhynchus papyri IV p. 91.

scabrities librarium ulterius progredi vetuisset. nam cum alibi tum in versibus 165/6 et 185/6, ubi haec leguntur *[am]ici-[ti]ae* et *de-[f]ormem*, nihil tale obstabat. immo hoc egit scriba, ut diremtiones, quantum fieri poterat, vitaret (non plures quam quindecim vel sedecim sunt in 217 versibus, singulae in prima columna et tertia, binae in quarta, quinta, sexta, septima, octava, ternae in secunda) et legentium commodis inserviens perpauca singulis versibus comprehenderet. itaque versus rarissime plures quam quadraginta litteras habent, plerumque supra triginta paululum ascendunt, nisi quod ineuntibus libris vel exeuntibus et ante vel post memoratos novos consules infra viginti aut decem interdum recedunt. hinc patet in explendis lacunis paulo liberius nobis negotium agere licere et singularum vel binarum litterarum spatia non curare. accedit quod quaedam litterae ut m n p r ceteris latiores esse solent neque intervalla singularum litterarum ubique eadem.

Hanc igitur papyrum Grenfellius et Huntius l. c. p. 90 sq. primi ediderunt, lacunarum partem maiorem expleverunt, locos corruptos, qui plurimi insunt, correxerunt. firmum igitur fundamentum erexerunt, quibus ii, qui postea ad haec fragmenta emendanda accesserunt, sua superstruerent. id quod eo magis hic praedicandum est, quo rarius in iis, quae infra ad haec fragmenta adscripsi, more solito editorum principum nomina singulis locis tacendi eos memorare licuit. ea tamen in re erraverunt, quod perspecto peculiari quodam corruptelarum genere, quo versibus 26 *[Li]tratum* pro *[Li]terninum* scriptum est, 57 *uastaita* pro *bassilica*[1]), 72 *grimonibus* pro *criminibus* similiaque, alibi fortioribus etiam remediis papyri verba sanare conati sunt, velut 111, ubi *in Pergamenos (?) missi* pro *inpugnamentasi* legi volunt, 184, ubi *adhibens deterruit* pro *trigemreddeterbuit,* 217 ubi *primus* pro *planus.* iam vero cum

1) Hanc ipsam formam duplici littera s praeditam Pompeianus quidam ter parieti basilicae incidit, v. CIL IV 1779 et A. Mau, Pompeji in Leben und Kunst[2] p. 67.

hodie constet *planus* positum esse pro *planipes* (v. infra p. 145) et multo facilius *pugnamentasi* in *Prusiam amendati, strigemreddeterbuit* in *stringens ⟨ensem⟩ deterruit* mutare licere, aliis quoque locis ut 182, ubi de voce *indelegem* Grenfellius et Huntius desperaverant, Luterbacherus *in dilectu*, alii alia posuerant, ego iam *intellegens* scripsi, leni manu his vitiis mederi nos posse perspectum est.[1]) similia vero quaedam ut 14 *captiannobilis* nondum persanata sunt, sed adhuc medicinam exspectant.

Post editionem principem emissam multis certatim ad fragmenta emendanda supplenda explicanda concurrentibus[2])

---

1) Similiter Senecae de clem. I 1, 5 locus multum et gravibus remediis temptatus nescio, an sic sanetur: *potes hoc, Caesar, audacter praedicare omnia tua (quae* NR, cf. infra p. 98, 13) *in fide et tutela haberi (in fidem tutelamberi* NR), *nihil per te neque vi neque clam mali nasci (clamati* NR) *rei p.*

2) Praeter eos, quos supra attuli, sunt hi: H. I. Müller, Jahresbericht über Livius in 'Jahresberichte des Philologischen Vereins' 1904 p. 25, 1905 p. 25 sq.; 1906 p. 22 sq.; K. Fuhr, zu der neuen Liviusepitome in 'Berliner Philologische Wochenschrift' 1904 p. 1183; J. G. Reid, on the fragments of an Epitome of Livy discovered in Oxyrynchus in 'Classical Review' 1904 p. 290 sq ; M. Schermann in 'Korrespondenzblatt für die Gelehrten- und Realschulen Württembergs' XI 12; V. Costanzi in 'Bollettino di Filologia classica' XI p. 176 sq.; E. Kornemann, Zur neuen Liviusepitome in 'Klio, Beiträge zur alten Geschichte' V p. 135; Drescher in 'Archiv für lateinische Lexikographie' XIV p. 293 sq.; G. Reinhold in 'Wochenschrift für klassische Philologie' 1905 p. 566 sq.; F. Münzer, Anmerkungen zur neuen Liviusepitome in 'Klio, Beiträge zur alten Geschichte V p. 135 sq ; E. Wölfflin, zum Chronicon Livianum von Oxyrhynchus in 'Archiv für lateinische Lexikographie' XIV p. 221 sq.; P. Lejay in 'Revue critique' 1905 p. 1066; $\alpha\,\zeta$ in 'Litterarisches Centralblatt' 1905 p. 1066; Dietrich in 'Mitteilungen aus der historischen Literatur' 1905 p. 279 sq.; Cl. H. Moore, the Oxyrhynchus epitome of Livy in relation to Obsequens and Cassiodorus in 'American Journal of Philology' XXV p. 241 sq ; L. Valmaggi, Livio, Epitome di Ossirinco 'Bollettino di Filologia classica' XII p. 43; Cl. H. Moore, the Oxyrhynchus epitome of Livius, Iulius Obsequens and Cassiodorus in 'Transactions of the American Philological Association' XXXV p. XVI;

optime de iis E. Kornemannus meruit, qui in exemplari, quod supra memoravi, adiutus imagine papyri photographica plane egregia, quam II viri Angli ei concesserant, haud pauca melius iis administravit. nam quaedam rectius illis legit, plura certis aut verisimilibus supplementis restituit, alia, quae vitia traxerant, correxit, porro commentario historico utilissimo singulas res enarravit et, quae in annorum 150 usque ad 137 a. Chr. historia iam plura quam ante sciremus, exposuit. sed hac in re ab eo dissentio, quod aliquot menda epitomatori quam scribae chartarum corruptissimarum tribuere maluit et 9 *flamen [Quirin]alem* ab eo pro *flamen Quirinalis*, 51 *homini* pro *homines*, 115 *haberent* pro *habere*, 133 *obsidentes Romanos* pro *obsidentes Romani*, 7 *Rhodonia* pro *Rhodus* similiaque posita esse putare. de quibus qui plura cognoscere cupiet, ea quae de Kornemanni editione in ephemeride 'Berliner philologische Wochenschrift' XXV (1905), p. 225 sq. exposui, adeat. praeterea ille ob causas, quas ibidem XXIV (1904), p. 1309 sq. refutavi, fragmenta Oxyrhynchi reperta eiusdem fere atque Eutropium et Obsequentem, de quo quando fuerit ambigitur[1]), aetatis esse existimat et ex chronico quodam saeculi p. Chr. secundi excerpta (l. c. p. 86 sq.). quae res quia artissime cum quaestione de periochis omnium Livii librorum coniuncta est, quales inde ab eius editione principe Romae anno fere 1469 emissa cum libris, qui integri servati sunt, typis exprimi solent, iam ad has transeamus.

Hae igitur T. Livi periochae omnium librorum ab urbe condita[2]), nomen illud Graecum acceperunt, cum quid quisque liber 'contineat', hoc ipso verbo frequenter usurpato doceant (v. p. 7, 6; 8, 14; 9, 18; 11, 11; al.).

H. Schenkl in 'Österreichisches Litteraturblatt' 1905 p. 592; J. van Wageningen, ad Livii epitomam Oxyrhynchi inventam in 'Berliner Philologische Wochenschrift' 1905 p. 717.

1) cf. infra p. XXXIII sq.

2) Ita periochae in codicibus NPΠ inscribuntur, v. infra p. 121, 23. O. Iahnius in editione Lipsiae anno 1853 emissa eas *T. Livi ab urbe condita librorum CXLII periochas* vocat.

similiter Homerus Sellius sive Sillius, incertae aetatis grammaticus, περιοχὰς τῶν Μενάνδρου δραμάτων composuerat[1]) et Ausonii, quae feruntur, periochae Homeri et C. Sulpicii Apollinaris periochae Terentii et Aeneidis Vergilii hodie supersunt.[2]) iam vero Livii periochas saeculo quarto p. Chr. ex prolixiore quadam epitoma, de qua post B. G. Niebuhrium (Vorträge über römische Geschichte, herausgegeben von Isler I p. 58) Th. Mommsenus egit (Abhandlungen der sächs. Gesellschaft der Wissenschaften VIII [1861], p. 552, 696), excerptas esse C. Zangemeisterus probavit (Festschrift zur Karlsruher Philologen-Versammlung, p. 87.[3])

Quarum principalis et optimus codex manuscriptus Palatinus Latinus 894 (N) est, olim Laurishamensis, nunc N
Heidelbergensis, quem accuratius Musei Rhenani vol. XLIV (1889) p. 66 sq. descripsi et saeculo nono tribuendum esse demonstravi. periochae in eo post Flori epitomam in quadrantalis formae membranis exaratae folia 62 a usque ad 104 b explent. correctus est eadem, quae eum exaravit, manu (N^1) partim inter scribendum partim postea ad eum N^1
codicem, ex quo derivatus est. alia multo minoris pretii saeculo duodecimo manus secunda (N^2) mutavit vel in mar- N^2
ginibus adscripsit, sed ultra folium 80 progressa non est. huius igitur libri 'accurate, quantum fieri potuit', ab Iahnio collati (v. eius praefat. p. V) lectiones passim non ea, quae

1) Suidas v. Ὅμηρος Σέλλιος et Σέλλιος.
2) cf. Iahnius l. c. p. IX.
3) Praeter periochas illa epitoma etiam Granium Licinianum Vopiscum Festum Obsequentem Eutropium Cassiodorum Idatium Augustinum Hieronymum Orosium libellum de viris inlustribus usos esse constat, cf. H. Droyseni editionem maiorem Eutropii Berolini anno 1879 emissam, p. XXXVI sq.; G. Ay, de Livii epitoma deperdita, Lipsiae 1894: E. Woelfflin in annalibus 'Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik' XI (1898) p. 1; M. Flemisch ibid. p. 265 sq.; H. Haupt 'Philologi' vol. XLIV (1885) p. 295 sq.; W. Pirogoff, de Eutropii breviarii ab urbe condita indole ac fontibus, Berolini 1873; H. A. Sanders, die Quellenkontamination im 21. und 22. Buche des Livius, Berolini 1897, p. 33; idem, the lost Epitome of Livy 'University of Michigan Studies, humanistic series' I

par esset, diligentia exscriptas esse iam E. de Leutsch monuit (Exercitationum criticarum spec. I, index scholarum Gottingensium 1859/60, p. 7) et quaedam in periocha XLIIII eius ope correxit. paulo plura M. Hertzius cum Livii sui vol. IV partem II Lipsiae anno 1864 emisisset (cf. p. III), iis usus, quae Th. Mommsenus de codice cum eo communicaverat, restituit. alia perpauca C. Zangemeisterus, qui tunc bibliothecae Heidelbergensi praepositus erat, l. c. p. 90 adnot. 2 alibique et Orosii ab eo anno 1882 Vindobonae evulgati p. 235 inde protulerat. sed vix quisquam sperasset libro denuo excusso periocharum verba ita mutatum iri, ut iam factum est, nisi ego codicem Parisinum 7701 tribus saeculis Palatino recentiorem repperissem (v. infra p. XIII) et anno 1885 exeunte contulissem. id quod, praesertim cum plurima in eo inesse vidissem, quibus verba epitomatoris ab Iahnio constituta emendarentur, cum Th. Mommseno, ut tunc solebamus discipuli viri summi Berolinum commeantes, communicavi. qui statim libello ex forulis protracto, in quo, ut postea aliunde accepi, manu C. Zangemeisteri plurima ad Iahnii apparatum criticum adiecta erant, multas codicis N lectiones ab eo omissas, alias minus recte relatas esse me edocuit mihique permisit humanissime, ut illum per horas nonnullas in hospitium, quo deverteram, mecum ferrem. ibi dum rem diligentius pensito, aliquot locos exscripsi et multa cum codicis Parisini lectionibus congruere recordatus mox Vratislaviam redux facile per litteras a Zangemeisteri humanitate impetravi, ut N mihi per mensis spatium eo transmitteretur, ubi quam accuratissime eum contuli.

Hunc librum ne saeculo nono solum superfuisse sumamus, impedit iam folium membranaceum Bernense A 92
B (**B**) in forma octavaria eadem qua N aetate scriptum, quod periochas librorum sexti usque ad octavum inde a verbis

---

p. 149 sp. (sed v. quae exposui in 'Berliner philologische Wochenschrift' XXV [1905] p. 1567 sq.); G. Reinhold, das Geschichtswerk des Livius als Quelle späterer Historiker, Berolini 1898; A. Klotz, zur Literatur der Exempla und zur Epitoma Livii 'Hermae' vol. XXIV p. 198 sq.

Sabatina Arniensis (p. 11, 12) ad *consulem facerent* (p. 14, 4) continet. plura de eo exposui praefationis Flori mei p. XX adnot. 1.

Eo autem maius est codicis B pretium, quod cum Parisino bibliothecae nationalis 7701 (olim *Claudii Puteani,* cuius nomen in fol. 1 a legitur) arta cognatione coniunctus est. id quod et hinc elucet, quod in paucis illis periochis cum crebras lectiones cum B N communes habet, tum quod cum B his locis consentit dissentiente N: p. 13, 3, *rostroque (postroque* N) 9 *impetrarent,* 12 *ab aulo,* 13 *decimuris tribus*, 18 *de occupanda ea.*[1]) damnum igitur, quod amissis libri B reliquis foliis fecimus, fere compensatur, cum P si non ex ipso B, certe ex codice eius simillimo fluxisse appareat. praeterea haec quoque lectio, quam B solus servavit, p. 12, 17 *in certamen* exeunte versu *(descendit* om. cum N et ceteris praeter r omnibus) mentione dignissima est. hinc enim perspicitur in archetypo omnium codicum verbum illud, sive *descendit* fuit, quod in editione principe positum est, sive *processit*, quod ego commendavi, excidisse. ceterum P, quem hieme anni 1885 Parisiis contuli, praeter alia (v. musei Rhenani vol. XLIV [1889] p. 70 sq.) in quadrantalis formae membranis foliis 76 a usque ad 105 a periochas manu saeculi duodecimi perscriptas praebet. qua aetate quamquam factum est, ut satis multa vitia irreperent, quibus vetustiores libri carent, tamen non minor eorum locorum numerus est, ubi lectiones iis, quas N habet, praestent neque tamen ita comparatae sint, ut vel a doctissimis librariis corrigi potuerint. sunt autem cum alii tum hi[2]): P

p. 21, 24 *furiale* (pro *funale*) *praeferretur* P *furj praeferretur* N

24, 17 *Luccia* (in *Tuccia* corr. Sigonius) *virgo Vestalis* P *Lucia virgo Vestalis* N

27, 16 *idemque q. fabi maximi* P *q.* om. N

---

1) v. quae de hoc loco musei Rhenani XLIV (1889), p. 71 et editionis meae Flori l. c. disputavi.

2) Alios locos v. musei Rhenani XLIV (1889), p. 71, 98 sq.

p. 31, 4 *cum equitibus CC effugit* P *CC* om. N
45, 25 *sublacti sunt* P^1 *subacti sunt* P^2 *sublati sunt* N
49, 22 *et sic postea* (pro *ex S. C. postea*, quod r posuit) P *et postea* N
54, 7 *hispani rebellabant* P *hispani bellabant* N
56, 26 *quoniam cornelius* P^2 *quem cornelius* P^1 *quo cornelius* N
63, 11 *obstructus a scipione erat* P *obstructus* om. N
67, 6 *accidit vox. scl'e. mane* P^2 *accidit mane* N P^1 [1])
82, 20 *Cum L. Postumio praetore* P *cum* om. N
92, 15 *in se mucrone uerso* P *in sem uero neuerso* N
93, 15 *sylla nolam in samnio* P *Syllam tam in samnio* N
96, 17 *fugitiuorum regem uel ducem* P^1 *fugitiuorum ducem* N P^2
102, 23 *eiecto archelao* P *et archelao* N
110, 6 *pompeius sex. effugit* P *pompeius exeffugit* N
111, 11 *qui se c. mari filium* P *qui se emari filium* N.

emendare librum conata est manus eadem, quae eum scripsit,
P^1 (**P^1**) et verba nonnulla omissa in marginibus supplevit.
P^2 multo plura manus altera (**P^2**) eiusdem aetatis, rubricatoris, ut mihi visum est, mutavit et adscripsit. quae et ipsa, cum aliquot verba a manu priore omissa velut p. 3, 2 *colles* usque ad *fecit,* 32, 2 *ueneno* usque ad *Campanorum,* 3311 *Hannibali* usque ad *liui consulis* adiecerit, codice aliquo videtur usa esse. de orthographia huius codicis aliquanto correctiore quam libri N l. c. p. 72 et 101 sq. egi.

Tertii cuiusdam libri, qui ad eundem atque NP ordinem pertinebat, sed cum N multo artiore cognatione coniunctus erat quam cum P, nihil aetatem tulit nisi adnotationes de eius scripturis satis multae, quas P. Pithoeus, vir doctissimus, Tricassibus anno 1563 [2]) marginibus exemplaris Livii iterum a Carolo Sigonio editi, quod nunc in bibliotheca Bodleiana numero *Auct. 2 R. 1, 5* insignitum asservatur,

---

1) De hoc loco disputavi ibid. p. 101.
2) Typothetae errore l. c. p. 73 numerus 1562 indicatus legitur.

festinanter allevit. huius igitur codicis Pithoeani (*Π*) *Π* lectiones cum Th. Hearnius in Livio Oxoniensi anni 1708 protraxisset, sed neglegenter edidisset, anno 1888 denuo descripsi et Pithoeum aetatis illius more non omnia ex libro suo enotavisse perspexi. quare etiam in adnotationibus huic editioni adiectis iis tantum locis *Π* in censum venit, ubi memoratur. doleo tamen quod in museo Rhenano l. c. p. 72 sq. eum iusto minoris feci. nam praeter hoc, quod p. 57, 12 ultima duo periochae XLVIII enuntiata aeque ac N habet in P omissa, scripturis p. 44, 14 *Stolostobogios* pro *tolos. bogios* (N) vel *tholos bogios* (P), 73, 4 *Sallauuios* pro *salauuios* (NP), 86, 5 *fidem PR manserat* pro *fidem. pr. manserat* (N) vel *fidem permanserat* (P) aliisque propius ad veras lectiones quam ceteri codices accedit.[1]) denique *Π* solus extrema periocharum verba (p. 121, 23) *clades Quinctilii Vari* servavit. quam rem, cum iam ad spatium libri CXLII explendum necessaria sit, quo nihil nisi bellum a Druso contra Germanos gestum eiusque mortem narrata fuisse vix est probabile[2]), inde quoque in eo infuisse concludas, quod Iulius Obsequens (p. 181, 14) eam memoravit, quem et ipsum epitoma quadam periochis copiosiore usum esse constat. postquam enim apum examinis prodigium Romanis adversum narravit, ita pergit: *multitudo Romanorum per insidias subiecta est.* sed scimus ex Plinii nat. hist. XI 55 *prosperrime* a Romanis post illud ipsum ostentum *pugnatum apud Arbalonem* esse. itaque fieri non potest, quin postremum Obsequentis quoque enuntiatum ad Vari cladem pertineat. Iahnius enim quod scribendum proposuit *Germanorum* pro *Romanorum,* neque ipse inter verba scriptoris recipere ausus est, neque iis, qui post eum ad Obsequentem accesserunt,

---

1) In scriptura *Au. Crisso,* quam *Π*, p. 96, 10 pro *crixo,* quod est in NP, habet, nescio an nomen Romanum ducis servorum Gallici nullo alio loco traditum lateat, cf. p. 120, 22. de Crixo v. quae F. Muenzerus in Paulyi et Wissowae encyclopaedia reali IV p. 1724 sq. exposuit.

2) Cassius Dio quinque capitibus (LIV 32, 33, 36, LV 1, 2) has res narravit.

probavit. paulo vero superius (vs. 8), ubi Schefferus *Romanorum Germani* in *Germanorum Romani* plaudentibus omnibus correxit, alia est vitii ratio, cum librarium nomina iuxta posita confudisse appareat. denique notum est, quam saepe ultima quaeque librorum vel capitum verba interciderint.

Alterius cuiusdam codicum classis, quae multo minoris pretii est et libros tantummodo I usque ad VII verba *patriae restituti sunt* (p. 13, 22) continet, duos testes elegi. saeculo undecimo scriptus est Leidensis Vossianus in oct. 14
L (***L***). membranae sunt formae octavariae, in quibus praeter periochas illas (fol. 143 r.—148 vs.) Flori libri quattuor scripti leguntur. contuli codicem, qui ut C periocharum vocabulo omisso sic inscribitur: *δϵ TITO LIVIO aBVRBϵ conδiTA*, anno 1889 et nuper de lectionibus eius nonnullis me dubitantem S. de Vries benignissime edocuit.

C Alter codex est Harleianus 2620, olim Cusanus (***C***), quia in summo margine folii 1r. manu saeculi XVI haec scripta leguntur: *Liber hospitalis S. Nicolai prope Cusam.* qui cum in catalogo librorum manu scriptorum bibliothecae Harleianae annis 1808 ad 1812 Londinii emisso saeculo decimo tributus esset, Baehrenti anno 1875 eum inspicienti (v. I. W. Beck, observationes criticae et palaeographicae ad Flori epitomam, Groningae 1891, p. 8sq.) saeculi undecimi vel duodecimi esse videbatur, mihi anno 1889 eum conferenti decimi demum tertii. exaratus est in formae quadrantalis membranis binis columnis et post Florum foliis 43r. usque ad 46 vs. periocharum partem continet. ibi cum in priore columna desinat, ex fonte, qui et ipse mancus erat, eum fluxisse certum est.[1])

Iam ambos hos codices, etsi nonnulla vitia cum NP*H* communia habent, tamen aliunde velut etiam ex eo, quod librum secundum a verbis *Latinis victis montem Aventinum* (p. 2, 5) incipiunt et 11, 5 *sta miles* in *Aestimabiles* corruperunt, artissima cognatione inter se coniunctos esse patet. multo autem magis libris alterius classis interpolati sunt,

1) cf. quae de hoc libro Flori mei p. XVIII sq. exposui.

sed quaedam meliora iis exhibent ut p. 9, 1, ubi omissum in NP*Π* *hoc*, quod post *ob* facilius intercidere poterat quam id, quod ante hanc editionem e principe addebatur *id*, servaverunt et 10, 12, ubi in NP*Π* omissum *starent* exhibent (cf. Livius V 36, 6). alibi scripturas librorum prioris ordinis recepi, quamquam ambigas, utrum illi veriora praebeant an LC velut p. 5, 28, ubi *ex quibus*, quod NP habent, omiserunt, 10, 17 ubi *agmine* pro *exercitu* (NP) exhibent, 13, 15 ubi *insederant* pro *consederant*. ceterum in scripturis codicum BLC indicandis aliquanto liberalior fui quam in NP*Π* et ex his graviora tantum attuli manifestis mendis, orthographicis similibusque maximam partem neglectis. etenim siquis has res desideraverit, ei ex museo Rhenano XLIV (1889), p. 74sq., ubi plenius de NP rettuli, eas petere licebit, de BLC vero nihil fere aliunde innotuerat. ceterum sicubi ea, quae illic leguntur ab iis, quae iam hic proferam, discrepent, his fidem haberi velim.

Multo maior est codicum recentiorum et longe corruptiorum numerus. inter quos cum librum similem LC, sed omnes periochas complexum inveniri posse aliquando speravissem, tamen, quamquam multos aut ipse inspexi aut per amicos inspiciendos curavi, haec spes me fefellit. nam dici vix potest quantopere a vetustioribus illis degeneraverint et quot quantisque vitiis obsiti sint. sed cum quaedam aut coniecturis reperta aut aliquo modo servata illis meliora habeant, ne hos quidem omnino neglegere licet. ex quorum numero ita a me collatos vel inspectos, ut de eorum scripturis spondere possim, hos habes:

Leidensem Gronovianum 107, membranaceum, saeculi decimi quinti, qui in octoginta uno foliis formae minimae (16^0) ita perscriptus est manu Italica, ut periocha Ib aliaque satis multa desint, alia velut verba p. 71, 20 *a quo senatu* usque ad 78, 13 *transgressi: ibique* male p. 91, 4 post *teneretur* collocata sint. desinit in verba *equo super crus eius colapso* (sic, p. 121, 17). reliqua perierunt. Gronovianus

Leidensem Vossianum oct. 54, dum hic liber typis exscribitur, contuli Regimontium ut antea Gronovianum li- Vossianus

beralissime transmissum. exaratus est anno 1440, in formae octavariae membranis (0,127 × 0,195) manu Italica elegantissima, quae scripturam saeculi decimi secundi perite imitatur.[1]) cum codex, unde describebatur, alicubi detrimentum cepisset, librarius aliquot lacunas exigui plerumque spatii indicavit. continet hic liber praeter periochas sic inscriptas: Lvc⟨i⟩ F⟨lo⟩ri viridiLigentissimi Brevitas super et per omnes .T. Livii libros accvratissime Digesta incipit Felicitеr[2]) et folia 2r. usque ad 56r. implentes Livii vitam (fol. 56 vs. — 57 vs.), Aurelii Victoris, qui feruntur, viros illustres (fol. 58r. — 83 vs.), tractatum renascentium aetate litterarum compositum de re militari Romanorum anonymum (fol. 84r. — 90 vs.). paulo melior est ceteris eiusdem farinae codicibus. itaque in apparatu critico eum saepius illis memoravi et hic addam, quod sero vidi, p. 121, 10 pro *Chumstinctus* in eo *chunistinaus* extare, qua scriptura id, quod ab epitomatore scriptum fuisse conieceram *Chunistinctus*, comprobatum vidi.

Barberinianus De libro Barberiniano IX 44, quo iam I. F. Gronovius usus erat, sciscitanti mihi Chr. Huelsenus anno 1891 nonnulla humanissime rescripsit. cui saeculo decimo quinto Florentiae exaratus esse videbatur. continet autem in formae maximae membranis praeter periochas (*Epithomae de Tito Livio*) ultimo loco positas Livii bellum Macedonicum (decadem quartam) et Lucii Flori epitomam. magis etiam interpolatus est Vossiano.

Parisini Similes esse codices duos Parisinos recentiores ex iis intellexi, quae E. Freymond meus, vir litterarum Latina-

---

1) v. quae de similibus codicibus exposui in actis hebdomadariis 'Berliner philologische Wochenschrift' XVII (1897) p. 1042 sq. et XX (1900) p. 1482.

2) Aetas huius libri ex subscriptione eius, quae post verba similia inscriptioni supra allatae haec habet: explicit Feliciter ab nato $\overline{\text{dno}}$ $\overline{\text{ic}}$ $\overline{\text{xpo}}$. olympiade. c^{a}cc. L^{a}x. rhodi. vita, perspicitur. post Livii vitam fol. 57 vs. elumbe hoc distichum legitur: *Haec titulij breuitas digesta per omnes Vnusquisque libros quid ferat ipsa notat.*

rum non minus peritus quam Romanensium, de iis Parisiis anno 1906 ab ipso inspectis mecum communicavit. uterque liber, quorum alter numerum 5743, alter 5744 portat, et in vetere bibliothecae catalogo et nunc etiam ab Henrico Omont saeculo decimo quinto tribuitur. scatent autem vitiis interpolationibusque pariter ac Cracoviensis bibliothecae universitatis 416 saeculi decimi sexti, de quo egi accuratius editionis Flori p. XXII. ex plurimis lectionibus, quas inde excerpsi, mihi eum ex P aut ex libro simillimo descriptum esse apparuit. Cracoviensis

Quae ex codice saeculi decimi quinti Guelferbytano 175 (olim Gudiano 4) attuli, ab Iahnio petivi, qui editionis p. V de eo egit. Guelferbytanus

Drakenborchii fide, quam collato a me libro Vossiano (v. p. XVII sq.) non satis certam esse apparuit, ea nituntur, quae infra protuli de codicibus Leidensi bibliothecae publicae Latino 19 cartaceo, quem S. de Vries saeculo decimo quinto exaratum esse benignissime mihi scripsit, de Bergiano cartaceo (post Nic. Heinsium erat Ioannis van den Bergh, qui eum Drakenborchio utendum permisit), de Boendermakeriano membranaceo (olim Th. Boendermakeri Traiectini, postea a C. A. Dukero in Drakenborchii usum ibidem collato), de Loveliano secundo membranaceo (a Thoma Coke barone de Lovel ex Britannia Traiectum Drakenborchio transmisso). quibus libris, cum neque iis recentioribus, quos ipse inspexi, meliora praebeant, neque vetustiores videantur fuisse, conquirendis, dummodo aetatem tulerint, iterumque conferendis tempus terere nolui et scripturas ita, ut apud Drakenborchium inveneram, repetivi. sic iam factum est, ut incerta illa nota ς, quae alios apud scriptores plurimas turbas dedit et nunc quoque dat, in hac editione nusquam compareat. vergunt autem, quantum vidi, omnes hi libri maxime ad P. ceterum eos, cum maior pars earum lectionum, quas peculiares habent, coniecturis reperta esse videatur, integris nominibus, non notis memoravi. Leidensis Bergianus Boendermakerianus Lovelianus 2

Agmen claudunt inter se simillimi codex Norvicensis Norvicensis

et editio Romana princeps. hunc in membranis scriptum Th. Hearnius, cui Ioannes Morus, ante Norvicensis, postea Eliensis episcopus, transmiserat, contulit eiusque scripturas in Livii editione Oxonii anno 1708 evulgata adnotavit.
r editionem principem (r) anno fere 1469 Romae ab Ioanne Aleriensi typis expressam, cuius exemplar in bibliotheca regia Berolinensi extat, Iahnii in usum Carolus Schubartus et Conradus Bursianus, discipuli eius tunc Berolini commorantes, contulerunt, non accuratissime, ut ipse praedicat (editionis p. III), sed satis neglegenter. id quod iam ex iis, quae r benevolentissime mihi huc transmisso et denuo comparato p. 3 sq. huius exemplaris mutanda erant, intellegetur. nam praeter leviora multa ab illis falso relata *uicti* pro *uicit, Trigeminorum* pro *tergeminorum, Temptande* pro *hic temptande* in r extare vidi. quare aeque ac Iahnius huius plenam varietatem lectionum proposui. accedebat quod hoc exemplo effrenata saeculi decimi quinti hominum interpolandi libido oculis ingeritur. neque enim ea sola, quae corrupta esse opinabantur, gravissimis remediis sanare conati sunt, sed alia multa ad arbitrium suum immutaverunt. superlativi igitur r amantissimus *maximus* pro *magnus, speciosissímum* pro *speciosum, uir ex Poenis nobilissimus* pro *u. e. P. nobilibus* similiaque multa scripsit. deinde *quidem* et *omnino* saepissime et iis quoque locis, ubi apta non sunt, inseruit, *omnium* post *primus* addidit, *primum* post *tunc, aduersus* in *contra* vel *aduersum*, *hostis* in *inimicus, interficere* et *occidere* in *perimere*, *non* in *minime, talis* in *huiusmodi*, *totus* in *uniuersus* mutavit multaque alia commisit. tam saepe autem Norvicensis cum eo consentit, ut dubius haereas, utrum ex eo vel simillimo codice r fluxerit, an ille ex r derivatus sit. verum tamen ne his quidem in sordibus margaritae quaedam desunt, v. p. 9, 4; 10, 25; 24, 17; 49, 22; 59, 2; alios locos. ceterum hoc quoque testium par maxime ad P vergit.

o Iam vero redeamus ad fragmenta Oxyrhynchica (O). nam quod initio periocharum servatum est primi libri argumentum (Ia), post quod alterum eiusdem libri sequitur ab Anco

demum Marcio incipiens (Ib)[1]), illis narrationis genere, enuntiatorum brevitate, participiorum perfecti sine copula cum nominibus coniunctorum frequentia, aliisque simillimum est. itaque paulo post publicatum O, hanc rem exposui (Berliner philologische Wochenschrift XXIV [1904], p. 1021 sq.) et O ab eodem atque Ia homine compositum esse conclusi. oblocutus est Kornemannus (ibid. p. 1182 sq. et Beiträge zur alten Geschichte 2. Beiheft, p. 78 sq.), sed id, quod sumpseram, ita probavit, ut similia illa multa extare concederet[2]), alibi tamen O ab Ia discrepare diceret. neque enim substantiva verbalia, quae Ia haberet ut *adventus Aeneae* (p. 1, 1) et *Superbi expulsio* (2, 4), in O reperiri. deinde O periodos habere dixit, Ia non item. quae facilia erant refutatu (Berliner philologische Wochenschrift l. c. p. 1309 sq.). fugerat enim virum eruditissimum in O quoque (18) legi *inter Achacos et Lacedaemonios cruenta proelia.* quas autem libri O periodos dixit velut (44) *Gallis in Ital[iam profectis Ma]rcellus [p]ersuasit, [ut domum redire]nt* aut (210) *P. Africanus cum L. Cottam [accu]sar[et, iudices ob] magnitudinem nom[inis eum] cad[ere noluerunt,* vereor ne hoc nomine indignae sint. certe vix diversa sunt ea, quae Ia habet (p. 1, 3) *Numitoris filia a Marte compressa nati Romulus et Remus* et (ibid. 15) *Tarquinius Priscus Latinos superavit, circumfecit, finitimos devicit, muros et cloacas fecit.* attamen hoc largior Kornemanno O per librarios multa omittentes, pauca mutantes a pristina horum excerptorum forma admodum degeneravisse. id quod iam inde perspicitur, quod de prodigiis, quae Iulius Obsequens haud dubie non ex Livii ipsius libris hausit, nihil omnino O tradidit. verba vero ipsa ita servavit, ut in nominibus *Suriaque* (214;

---

1) E. Woelfflinus, cum Iahnius I b *diversa . . excerpta a diversis hominibus adscripta* dixisset (editionis p. X), I b ab uno homine profectum esse certis argumentis evicit in Commentationibus philologis in honorem Th. Mommseni p. 338 sq.

2) Kornemannus in 'Beiträge zur alten Geschichte' l. c. dixit, *daß nun Per. Ia sehr stark dem neuen Text ähnelt, ergibt schon ein flüchtiger Vergleich.*

Syria 139, 157) et *Sullanis* (226) vestigia orthographiae Claudiana aetate vetustioris supersint.

periochae Ad haec enim fere tempora periochas pertinere oratione earum diligenter considerata E. Woelfflinus comprobavit (l. c. p. 349 sq.), postquam Madvigius (editionis vol. IV p. VI adnot.) 'argenteae aetatis' vocabula in iis inesse breviter significavit. velut praepositio *citra* sic adhibita, ut eandem vim habeat ac *sine* (p. 116, 18, cf. p. 87, 20), non ante Senecam filium aut Columellam, *per omnia* (90, 10) non ante Velleium, *captivitas* (82, 12) non ante Senecam patrem, *ducatus* (108, 19) non ante Suetonium aut Florum reperiuntur; porro vetustiores scriptores pro eo, quod epitomator habet, *in totum* (34, 5; 36, 15) *in omnia* ponere solent, nondum praebent verbum *avocari* ea notione, qua 80, 7 legitur[1]), nondum utuntur vocabulo *indubitatus* (80, 23), quod ante Senecam filium non invenitur[2]). orthographiam quod attinet, et ipsae recentiores formae ut *Corinthon* (64, 12; 16); *Nicomeden* (61, 16), *Syllae* (77, 16), de quibus v. quae exposui De Senecae recensione et emendatione p. 127 sq., Musei Rhenani XLIV (1889) p. 102, Berliner philologische Wochenschrift XXIII (1903) p. 508 sq., occurrunt. res ipsas si spectamus, hoc mentione dignum mihi videtur, quod idem litterarum studium cernitur in verbis *extat oratio M. Catonis* (46, 11, cf. 71, 17), in similibus *Acilius senator Graece res Romanas scribit* (65, 22), in mentione crebra Ciceronis et Hortensii (81, 1; 99, 7; 101, 23; 107, 11; 114, 7; 115, 22, alibi), quo Seneca epist. moral. XVIII 5, 33 grammaticos suae aetatis in tractandis et excerpendis aliorum libris flagravisse tradidit et Fronto epist. ad M. Antonin. II 5,

1) v. Thesaurus linguae Latinae II p. 1470, 6, cf. Seneca de prov. 3, 10 et consol. ad Polyb. 17, 6, ubi Gertzius eumque secutus Hermes ex fallacibus codicis Ambrosiani vestigiis male *sevocare* pro eo, quod est in libris recentioribus quibusdam *avocare*, immerito posuerunt.

2) Ante Woelfflinum de periocharum genere dicendi J. Britzlmayrus egit in programmate gymnasii Maximilianei Monacensis anni 1859 'Ein Schärflein zum Thesaurus Latinus' ibidemque locos nonnullos illarum et Obsequentis corruptos sanavit.

p. 107 N. *ex Ciceronis epistulis ea dumtaxat* se excerpsisse narrat, *quibus inesset aliqua de eloquentia vel philosophia vel de re publica disputatio.* Graecae tamen linguae epitomatorem non satis gnarum fuisse forma *Tarenton* (30, 11) docet.

Ceterum quisquis is fuit, qui periochas composuit et nomen suum consulto videtur tacuisse, etiam praeter res gestas memorabilia quaedam nos docet. ex iis enim, quae libro centesimo nono usque ad centesimum decimum sextum praescribuntur, hos, quos commentatores quoque Lucani eodem nomine, ubi fragmenta ex iis afferunt, appellant (ad Pharsal. III 182, X 521), *civilis belli* nomine comprehendi solitos esse cognoscimus. quorum librorum, quibus de bello, quod inter Caesarem et Pompeium fuit, agebatur, Apollinaris quoque Sidonius videtur gnarus fuisse. nam hic epist. IX 14, 7 cum amico quodam, qui *laudem Caesaris Iulii* ediderat, de iis loquitur, *quae de titulis dictatoris invicti scripta Patavinis sunt voluminibus*. gravius est id, quod ex inscriptione libri centesimi vicesimi primi discimus, *qui editus post excessum Augusti dicitur*. quod utrum verum fuerit necne, dubitare licet, hoc tamen certum videtur esse in illo libro infuisse, propter quae eum nisi mortuo Augusto publicari non potuisse omnibus persuasum esset. librum autem illum, cum nihil fere aliud nisi bellum inter Dolabellam et Cassium gestum huiusque mortem tractet et Octavianum legem tulisse constet (Appianus bell. civ. III 95), qua Dolabella, quem senatus hostem iudicaverat, proscriptione absolvebatur, cur post Augusti demum mortem editum esse aut vere aut falso dixerint, iam perspicitur. praeterea laudes Cassii, qui Dolabellam a senatu bello persequi iussus erat, Livius haud vitavit (Tacitus ann. IV 34). quibus et ipsis fieri non poterat, quin Augustus offenderetur, a quo illum, quamquam in eius libris inerant, quibus eum fere adularetur[1]), tamen Pompeianum dictum esse notum est.

---

1) Verba, quae apud Obsequentem p. 178, 11 leguntur: *ipsi Caesari monstrosa malignitate Antonii consulis multa perpesso generosa fuit ad resistendum constantia*, a Livio petita esse cer-

Sed existit quaestio subdifficilis, quomodo traditae sint periochae. atque Iahnius quidem diiudicari non posse dicit (p. XIII), 'qui factum sit, ut ultimorum librorum periochae prioribus longe breviores et aridiores legantur, utrum eius, qui Livii libros excerpserit, an librarii, qui periochas descripserit, ad finem properantis neglegentiae tribuendum sit'. mihi vero utrumque factum videtur esse. scimus enim ex Senecae patris et Quintiliani, quae feruntur, declamationibus in rhetorum scholis multo frequentius tractata esse vetustioris rei publicae Romanae usque ad Marium et Ciceronem exempla quam posterioris aetatis. porro lacunae in periochis octogesima usque ad ultimam longe crebriores sunt quam in iis, quae praecedunt (v. p. 88, 7; 95, 15; 16; 99, 7; 101, 13; 104, 10; 12; 105, 20; 108, 1; 110, 6; 115, 22; 117, 1; 120, 7; 13; 121, 23). hoc vero scholiorum et enchiridiorum mythologicorum velut Hygini fabularum exemplis, quibus similes sunt periochae, constat minore cum religione librarios negotium haec describendi administravisse quam poetas oratores philosophos. inclinabant autem eo maxime, ut quae ipsis mentione minus digna visa essent, aut omitterent aut in breviorem formam contraherent.

lacunae

Ex contrario periocharum ipsa natura ad nihil aliud magis invitabat quam ad interpolationes. neque enim defuerunt, qui in nimia illarum brevitate offendentes aut ex memoria aut ex ipsius Livii opere integro satis diu servato aut ex epitomis plenioribus nonnulla adscriberent. id quod cum iam librorum recentiorum scribae velut Gronoviani (v. p. 77, 14) et veteres viri docti ut I. F. Gronovius (14, 16; 56, 15; 105, 7) et Perizonius (55, 14) animadvertissent, opera data post Iahnium (p. X sq.) E. Woelfflinus de longioribus additamentis quaesivit in 'Commentationibus philologis in honorem Th. Mommseni' p. 340 sq. quod breviora attinet, duplex eorum est genus, alterum nimiam periocharum taciturnitatem explicantium, alterum per errorem

interpolationes

---

tum est, apud quem vocabulum *malignitas* crebro reperitur velut II 42, 1. pertinent autem ad librum CXVII.

plerumque aliquid addentium. hoc autem p. 1, 3 cernitur, ubi ad *Albae* interpolator *Italiae* vel *Italae* (ita codex C habet) apposuit, ut Albam Longam ab aliis eiusdem nominis oppidis velut Alba Helvorum Galliae aut Alba Pompeia Liguriae distingueret. nam *et Silvii*, in quod Iahnius editionem principem secutus *Italiae* mutavit, hodie vix quisquam probabit. ab eodem ineuntis fere medii aevi interpolatore 25, 11 *in Italia* videtur profectum esse. quod cum ad nomina *Placentia et Cremona* in margine adscripsisset, ad initium proximae periochae per errorem librarii alicuius relatum est, ut iam Gronovius perspexit. 38, 16 et 18 annorum ab urbe condita numeri adiecti et locis non idoneis recepti turbas dederunt. 41, 19 vocula *hoc* adscriptis verbis *rerum factarum* (*gestarum* editores post Frobenium omnes) *multitudinem* explicata erat; in *hanc* r demum eam mutavit. 51, 9 haec verba tradita sunt: *ab obsidione solo regis absisteret,* quae cum r in *ab obs. socii regis abs.* mutari solebant. sed *obsidione* ab interpolatore profectum esse intelleges, si verbi, quod praecedit, *obsideret* memineris. 105, 7 *id* subditivum esse iam Gronovius vidit. paulum differunt loci p. 14, 16 et 26, 24. alterum breviorum interpolamentorum genus hoc est, ut verbis epitomatoris male intellectis aliquid adiectum sit. 27, 1 homo, qui nesciebat praepositionem *adversus* etiam postponi posse, *contra* ante voces *ferocem tot victoriis hostem* apposuit. unde evenit, ut in libris recentioribus, Leidensi, Vossiano, Boendermakeriano, *adversus* ad id, quod sequitur, *proeliis* tractum in *adversis* mutaretur. 55, 14 in verbis *lecto se strato sine linteis sine purpura efferrent* prius *sine* delendum esse Perizonius intellexit, 56, 15 et 16 *Africanus* et *Corneli* Gronovius et is, qui exemplar Aldinum correxit. 63, 7 voculam *passus* post numerum milium circuitus Carthaginis urbis male adiectum esse H. I. Muellerus perspexit. 76, 15 homo nescio quis oblitus paulo supra *Romam venit et propter caedem admissam in regulum quendam* legi *Romae interfectum* adscripsit, quae verba Iahnius merito uncinis circumdedit. similiter res se habet 77, 14, ubi, quamvis voces *nolente Boccho* praecedant,

noluit repetitum est, sed iam in codice Gronoviano eiectum. 111, 8 *est* contra epitomatoris usum appositum est. 113, 26 ambigi poterat, utrum *caesus* cum r delendum esset, an id, quod sub finem eiusdem enuntiati legitur, *interfectus est* (114, 1). sed si reputaveris interficiendi verbum altero magis vulgare esse et interpolatorem sua post verba genuina addere solere, mihi *interf. e* delenti assenties. — in longioribus interpolationibus statuendis ea, quae Woelfflinus oratione earum diligenter considerata posuit (l. c.), maximam partem probare mihi non licuit. nam primum nonnullis locis iam ex codicibus accuratius examinatis ea ipsa, quae ille usui epitomatoris repugnare rectissime perspexerat, immutanda esse constat. velut p. 28, 7 N more per totam Latinitatem retento vocabula *uirgines uestales* collocata habet, non *uestales uirg.*, ut Pr posuerant, quorum lectionem Iahnius receperat.[1]) porro 112, 21 non *subiecit,* ut Woelfflinus ex Iahnii exemplari descripsit (p. 345), in N legitur, sed id ipsum, quod dicendi genus flagitat, *subegit* et 95, 15 duo pronomina relativa a Woelfflino vituperata (p. 346) nisi in recentissimis codicibus non comparent et ne a Iahnio quidem in orationem recepta sunt. ad alias interpolationes ab illo statutas quod attinet, idem in eum cadit, quod ipse Iahnio exprobravit (p. 348), ignorari, quod consilium epitomator secutus sit et quale eius iudicium fuerit in rebus

---

1) v. Woelfflinus, p. 344. quod eiusdem periochae vs. 6 in nomine *Florentia* epitomator ab Livio ipso XXII 57, 2 illam verius *Floroniam* dicente discrepat, hoc immerito Woelfflinus ibidem interpolatoris signum esse contendit. notum enim est, quam facile in nominibus propriis scribendis errores committantur et ab excerptoribus et a librariis. ceterum in eodem Livii libro 4, 6 videtur legendum esse *agmina-hostium ex pluribus callibus* (*uallibus* codd.) . . . . . *decucurrerant,* cf. 14, 8 et 15, 10. ibid. 10, 2 certum puto hanc pristinam scripturam esse: *ratum* (*datum* codd.) *donum duit populus Romanus Quiritium.* ibid. 16, 7 locum lacuna hiantem sic suppleverim: *faces . . collectae fascesque virgarum atque aridi sarmenti* ⟨*consarcinantur*⟩ *praeliganturque cornibus boum,* cf. Polybius III 93, 3 sq. *Ἀννίβας — παρήγγειλε λαμπάδας δεσμεύειν ἐκ τῆς ξηρᾶς καὶ παντοδαπῆς ὕλης κτἑ.*

eligendis, quas Livius narravisset. quamquam igitur iure verba de T. Latinio (6, 13) contra Iahnium defendit (p. 348), alibi velut in verbis *Cicero eius rei solus auctor* (81, 1) ideo in suspicionem vocatis, quod hoc uno loco epitomator rei narratae auctorem indicaverit[1]), ipse haud dubie lapsus est (l. c.), aut quod 98, 27 argumenta epistularum Q. Metelli et Cn. Pompei memoraverit, cum idem iam 59, 25 in orationibus Galbae neque eam ob causam, ut inter se distinguantur, factum sit (p. 346). nec magis probare licet, quod 74, 2 veriloquium nominis Balearium eam ob causam obelo notatur, quia periocharum decursum interrumpat (l. c.). quasi vero talia cum omnibus scriptoribus tum epitomatori rerum antiquarum studioso non sint permissa.[2]) denique negandum est ei, qui alibi *belli et pacis artibus* (46, 4) scripserat vel plerumque *acie, proelio vincere, fundere* posuerat, alibi non *belli militiaeque artibus* (95, 16) vel *bello superatus* (65, 13) dicere licuisse (l. c.). quibus de causis similibusque aliis perpaucas ex maioribus interpolatonibus a Woelfflino statutas aut Iahnio aut aliis probavi has: 38, 16; 18; 76, 15; 78, 18; 92, 7; 98, 13. ceterum doleo quod p. 2, 8 uncini, qui poni debebant, interciderunt.

clausulae

Quod clausulas rhythmicas attinet, non multum ex iis emolumenti ad verba epitomatorum constituenda redundat. eundem enim fere tenorem servant atque Livius ipse, quem multo minus severum in hac re esse constat quam Ciceronem.[3]) itaque vix differunt periochae a fragmentis Oxyrhynchiacis in eo, quod interdum placidum decursum clausularum ditrochaicarum vel dispondiacarum (⏑ – ⏑ –) creticae vividiores interrumpunt (p. 3, 3 sq.; 5, 9 sq.; 7, 8 sq.; 11, 8 sq.; 21, 22 sq.; 28, 11 sq.; 37, 13 sq.; 81, 1 sq.; 121, 9 sq.;

---

1) Memineris eius rei, quam p. XXII tetigi, nimio fere studio Ciceronem ab epitomatore memorari. accedit quod Valerii Antiatis mentio iam 78, 1 perquam probabili Zangemeisteri coniectura restituta est.

2) v. supra p. XXII sq.

3) E. Norden, die antike Kunstprosa II, p. 936 sq. orationum Livianarum et Ciceronianarum clausulas inter se comparavit.

127, 32 sq.; 145, 209 sq.). verum cum alibi neque raro contra hanc legem ita peccatum sit, ut pro creticis etiam dactylicae aliaeve admittantur (⏑–⏑– 1, 17; 2, 3; 7; 9, 6; 17, 26; 19, 20; 131, 83; al.; ⏑–⏑⏑– 5, 3; 6, 25 sq.; 8, 11; 23; 10, 5; 11, 1 sq.; 13, 7; 17; 22; 131, 89; al.), ob clausulas solas nihil mutare ausus sum. quare quae ex his causis corrigenda videri possint velut 7, 4 pro *fuste percussit,* ut in dispondeum enuntiatum exeat, *fusti p.*, 35, 19 similiter pro eo, quod traditum est, *deportata Romam esset* verbis transpositis *Romam dep. e.*, 116, 23 pro *occupaverunt* ditrochaeus *occuparunt* 141, 175 *clades accepta* pro *cladis acc.*, ea incertissima sunt. 20, 25; 25, 11; 70, 17; 98, 15 tamen supplementa statuta vel interpolationes clausulae confirmant.

Iulius Obsequens

Epitomis Iulii Obsequentis prodigiorum librum adieci. de cuius aetate et crisi cum Musei Rhenani LII (1897) p. 1 sq. disseruerim et postea ab L. Wuelkero de prodigiis Romanis publicis utilis commentatio emissa sit[1]), pauca tantummodo hic eaque potissimum, de quibus iam aliter sentio quam tunc, dicenda sunt. primum igitur prodiit hic libellus pessime servatus anno 1508 Venetiis in aedibus Aldina Aldi Pii Manutii et Andreae Asulani soceri et quasi corollarium quoddam editioni ab iisdem curatae Plinii minoris et librorum de viris illustribus Suetoniique de claris grammaticis et rhetoribus subiectus est. dicit autem Aldus praefationis p. IX eum sibi a Iucundo dono datum esse. ex hoc exemplari, cum nullus postea Obsequentis liber manu scriptus repertus sit, cetera omnia fluxerunt et infra notis non adiectis, ubicunque illud ab hac editione discrepat, praeter res orthographicas et alia quaedam levidensia subnotavi. satis vero crebro libellus recusus est, quia prodigia cum

1) Ludw. Wülker, die geschichtliche Entwicklung des Prodigienwesens bei den Römern, Studien zur Geschichte und Überlieferung der Staatsprodigien, Leipzig 1903. ante eum F. Luterbacherus de prodigiis egerat in programmate gymnasii Burgdorfensis primum anno 1880 edito et sic inscripto: Der Prodigienglaube und Prodigienstil der Römer. quod a scriptore auctum et emendatum iterum prodiit Burgdorfii anno 1904.

miraculis Christianis comparabantur[1]). sed ex magno exemplarium numero, quae O. Iahnius praefationis ad Livii periochas p. XIII sq. recensuit, pauca aliquid ad orationem emendandam contulerunt. dignus est qui memoretur Conr. Lycosthenes (Woolfhart), quod primus Obsequentem solum Basileae anno 1552 emisit et prodigia, quae non habet, ex aliorum scriptorum libris adiecit. raro tamen ei contigit, ut verba corrupta corrigeret. hanc rem Ioann. Schefferus melius administravit editione Amstelodamensi anni 1679, qui Aldinam unicum fontem esse perspiciens editorum, qui insecuti erant, errores exterminavit, ipse plurima vitia sustulit aliosque locos male intellectos recte interpretatus est. quamquam autem alibi in errores incidit, negare non licet eum optime de Obsequente meruisse. quos errores qui refutavit Franc. Oudendorpius adulescens editione Lugduni Batavorum anno 1720 emissa, sat multa menda a Scheffero non sanata aut suis aut I. I. Scaligeri N. Heinsii G. Cuperi coniecturis, quas P. Burmannus I ei permiserat, correxit. praeterea Aldina ipsa usus est, cuius apographo tantum a Beato Rhenano Argentorati anno 1514 evulgato Scheffero, qui in Suecia degebat, uti licuerat. nihil fere ad Obsequentem emendandum aut explicandum J. Kappius et C. B. Haasius exemplaribus Curiae Regnitianae anno 1772 et Parisiis anno 1823 una cum Valerio Maximo et Ioanne Lydo emissis contulerunt. secutus est O. Iahnius, qui propius etiam ad

---

1) Lycosthenes sub finem praefationis haec dixit: 'Obsequentis prodigiorum librum . . . . eo libentius hoc tempore edere volui, ut gentilium prodigia cum his, quae nostro tempore divinitus eduntur, conferrentur: et expenderetur deinde ex rerum eventu, horrenda illa signa semper aliquid imminentium malorum hominibus portendisse, quo aliorum tandem exemplo moniti evitandorum periculorum rationes eo diligentius iniremus'. cf. etiam C. Klotzsch, de diligentia Livii in enarrandis prodigiis recte aestimanda, Wittenbergae 1789, p. 25 sq., ubi in Tindalum Morganum Humium invehitur, 'qui illas narrationes scriptorum profanorum in eodem loco ponere vellent cum historia de vita et factis ipsius Servatoris nostri, quae est in libris sacris N. T.'

editionem principem accedens et a Th. Mommseno adiutus haud pauca vitia sustulit, lacunas multas, quas priores editores non viderant, detexit, Lycosthenis supplementa merito abiecit. post Iahnium H. Hauptius programmate Budissensi anno 1881 edito libellum sedulo pertractavit et plurima mutanda esse breviter plerumque significavit.[1]) cuius diligentia in conferendis historicorum narrationibus de iisdem prodigiis et acumen, quo nonnullos locos tractavit, ut laudanda sunt, ita vituperandum est nimium novandi studium, quo Obsequentis verba ad ea, quae alibi tradita sunt, et Donati leges immutare conatus est. ex Livii editoribus solus H. I. Muellerus Obsequentem in editionem Weißenbornianam secundam, quae commentario Germanico instructa Berolini apud Weidmannos anno 1881 iterum prodiit, recepit et quaedam suis aliorumve coniecturis egregie emendavit, plerumque tamen Iahnium secutus est.

Iam ut egomet ipse ad huius quoque libelli crisin aliquid conferrem, primum denuo eius verba, qualia Iahnius constituit, cum editione principe contuli et quamquam illum multo diligentius rem administrasse quam in periocharum codice N vidi, tamen nonnulla hic quoque ab eo praetermissa esse intellexi, quorum partem musei Rhenani LII (1897), p. 9 indicavi, partem nunc demum in verba scriptoris tacitus recepi aut in adnotationibus commemoravi. id tantum hic monendum duxi Aldinam annorum consules, quibus omnia capita incipiunt, semper singulis versibus praescriptos exhibere. id quod cum priores editores secuti essent, Iahnius demum ita mutavit, ut eos continua scriptura cum primis capitum verbis coniungeret. quamquam autem levidense videtur hoc esse, tamen, si meminerimus Obsequentem ex epitoma Liviana per consulum annos digesta pendere eiusque fragmenta Oxyrhynchi reperta et ipsa consulum

1) H. Haupt, animadversiones in Iulii Obsequentis prodigiorum librum, Budissae 1881. G. F. St. Stieberi commentationem, quae inscribitur Coniectanea et opiniones in nonnulla Ovidii Iulii Obsequentis et Persii loca (Erlangae 1786) Iahnio pariter atque Haasii editionem ignotam frustra hic et alibi quaesivi.

nomina illa singulis versibus supra ceterorum seriem paulum excedentibus comprehendere, iam archetypum quoque, ex quo codex Iucundi fluxit, ita exaratum fuisse perspicietur. ceterum reliquorum quoque versuum archetypi ambitum aeque ac papyri satis brevem fuisse hinc videtur elucere, quod graviores quaedam corruptelae transpositis in idem aut proximum enuntiatum verbis facile sanantur (v. p. 156, 16; 160, 17; 166, 10; 173, 5; 178, 16). praeterea patet consulum nomina illo modo praeposita alicubi, id quod re vera factum est, intercidere potuisse, praesertim si, ut crebro usu venit in codicibus, post scripta atramento capita a rubricatore minio appingebantur. in his igitur, ubi exciderant, addendis, qua in re H. I. Muellerus et iam Oudendorpius praecesserant, Iahnius nimis cautus fuerat, aliquanto plus licere mihi putavi, v. p. 151, 12; 152, 12; 153, 11; 159, 18; 160, 8; al. contra in oratione ipsa constituenda, cum id, quod Iahnius sumpserat (p. XV), libellum a primo editore licenter immutatum esse probari nequeat[1]), ea tantum, quae corrupta esse omnino patet, correxi, alia, quae ob causas grammaticas vel historicas a prioribus iniuria temptata mihi videbantur, intacta reliqui. cur enim scriptor, quem, nisi a prolixiore illa epitoma Liviana pendet, infantem esse et nullo stilo uti Iahnius merito dixit (ibid.), non scribere potuit *insula nova maritima* (p. 152, 3) aut *in publicum* pro *in publico* (157, 22) aut *fuit visa* (159, 11) aut *Iovis* nomen 153, 1 positum paulo inferius (2) repetere aut praepositionem *e* ante ablativum *terra* omittere (157, 4, cf. 166, 2[2]); 170, 13; 173, 16) aliave similia committere? porro asyndeton *patrimos matrimos* (151, 6) altero *saxa tegulas* (169, 20) videtur defendi[3]); 156, 2 verba *duceretur*

1) v. quae musei Rhenani LII (1897) p. 7 sq. disputavi.

2) Erat cum 153, 23 *de* quoque praepositionem ante *caelo tacta* deesse posse opinarer, sed quaestio dirimitur loco, qui est 158, 2, ubi *signa de caelo cecidisse* Aldina praebet. cf. Luterbacherus l. c. p. 46 sq.

3) Pariter Apuleii metam. I 5 asyndeton *me vera comperta memorare* nescio cur nuper inserta vocula *ac* sublatum sit,

ob haec ipsa, quae vario modo corrigebantur, distinctione mutata restitui; 158, 2 *signa*, quae *de caelo cecidisse visa* dicuntur, nihil miri habebunt, si Graecorum *ἀγάλματα διοπετῆ* in memoriam revocaveris, nam de signis militaribus cum Oudendorpio cogitare haud licet; 160, 19 *impensas,* quod vocabulum a Scheffero et Iahnio graviter corruptum putabatur, allatis locis Palladii I 9, 4 et Frontini de aq. 124, ubi id significat, quod ad aedificationem impenditur, i. materiem, tutatus sum[1]); ibid. 21, *Cumis,* quod post Iahnium ante *lacrimavit* adiciebatur, cum Cassius quoque Dio XXIV fragm. 84, 2 omiserit, necessarium non esse patet; 168, 22 non statuae caput, sed columnae verbis *cum capite columnaque* indicari musei Rhenani l. c. p. 1 sq. docui eamque ob causam nihil hic mutandum esse[2]); 180, 23 in enuntiato *puer — decidit* nihil corruptum esse ibid. p. 2 pluribus exposui.

Ex clausularum apud Obsequentem observatione nullus ad verba eius constituenda fructus redundat. sunt autem Livianis et periocharum, de quibus supra dictum est, similes,

---

praesertim cum verba sint comitis Lucii per solis numen iurantis. in eiusdem Apuleii dialogo Asclepio eum, qui ante annum libros illius de philosophia recensuit, P. Thomam fugit haec verba lacuna hiantia (21, p. 57, 12) *animadvertas, ut altera avide alterius rapiat interiusque recondat* ad imitationem versus Vergiliani georg. III 137 *rapiat sitiens Venerem interiusque recondat* composita esse. quare inter *rapiat* et *interiusque* nomen *Venerem* intercidisse patet.

1) Similiter apud Arnobium IV 16, p. 153, 16 Reifferscheidii, ubi graviter corrupta haec verba putantur *tutunis, quae marita et puerpera totiens castitatis purae inminuta es sanctitate*, vix quicquam mutandum est. latet *tutin* (vel *tutun*) *es*,. quo recepto interrogationis signum post *sanctitate* poni necesse est. deinde Cornelii Nepotis locus a multis temptatus Att. 3, 2 *aliquot ipsi* (statuas) *et Phidiae locis sanctissimis posuerunt* non ita corrigitur, ut *Phidiae* nomen mutetur, sed mendum latet in vocula *et*, quae propter hanc notam (7) ex *in* (ĩ) facillime corrumpi poterat.

2) Simillimum igitur erat hoc monumentum columnae caelatae ante paucos annos Mogontiaci repertae et in museo illius urbis asservatae, cui et ipsi statua aurata imposita erat.

sed oblivisci hac in re non licet prodigiorum librum aliquanto peius traditum esse. contra egregie iuvamur in crisi eorum scriptorum locis, qui eadem prodigia narraverunt. quos cum Schefferus Oudendorpius Iahnius sedulo collegissent, ego, quantum potui, auxi et in adnotationibus memoravi. nolui tamen, cum eorum fere historicorum sint, qui penes quemvis hominem philologum esse solent, integros, ut Iahnius fecit, exscribere. quos, id quod iam Zangemeisterus perspexit[1]), nondum ea, qua par erat, diligentia adhibitos esse et in hac quoque editione aliquid ad emendandum et explicandum me contulisse, intelleges inspectis locis his: p. 151, 18; 153, 24; 155, 5; 23; 157, 5[2]); 159, 4; 19; 164, 6; 165, 14; al. quamquam 177, 8 vereor, ne scriptura *Ptolemaideque* a Valerio Maximo I 6, 12 recepta iusto audacior fuerim, praesertim cum hoc nomen ita non satis apto loco positum sit. iam magis eo inclino, ut *indéque*, quod Aldina habet, in *itemque* a me musei Rhenani l. c. p. 10 propositum mutem et Ptolemaidis nomen ab Obsequente, homine in talibus perquam neglegenti, omissum esse existimem.

scriptores eadem prodigia narrantes

Aliquanto intricatior est quaestio de aetate, qua fuerit Obsequens. de quo quoniam nihil aliunde scimus, in hac re toti ab eius libello pendemus. cum igitur G. I. Vossius illum ex argumento, quod tractaverit, paganae fidei addictum esse coniecisset[3]), Th. Mommsenus simili atque Orosium ratione excerpta sua eum in finem composuisse dixisset,

Obsequentis aetas

1) Festschrift der Heidelberger Universität zur Begrüßung der 36. Philologenversammlung, Heidelbergae et Tubingae 1882, p. 101 adnot. 2.

2) Locis de muribus ferrum vel aliud metallum rodentibus addas velim etiam Phaedri fabulam IV 8 de vipera prae fame limam mordente, quae paululum diversa est ab Aesopea 146 Halmii. ceterum in fab. 1 scripserim *καὶ τἀγαθὰ ἠρώτησαν τὸν Δία, πῶς εἶεν* (*εἶναι* cod.) *μετὰ ἀνθρώπων*. qui sequitur infinitivus *ἐπέρχεσθαι* pendet ab *εἶπε* (= *ἐκέλευσε*), id quod propter Halmium moneo. apud Phaedrum V 10, 6 verba *praedam dimisit. Hic tunc* in *pr. d. rictu* videntur mutanda esse.

3) De historicis Latinis, Lugduni Bat. 1627, lib. III p. 636.

ut Christianorum temporum felicitatem ethnicorum immanibus prodigiis inlustraret[1]), ego non tantum prodigia narrata esse perspexi, sed sub finem singulorum capitum etiam res gestas, quas portenderint, adiectas esse[2]). quare crebro apud eum haec similiave leguntur: p. 153, 9 *supplicationibus habitis in Hispania et Histria bella prospere administrata*; 154, 18 *urbe lustrata pax domi forisque fuit*; ibid. 25 *urbe lustrata nihil triste accidit*; 158, 3 *prodigium maioribus hostiis quadraginta expiatum. annus pacatus fuit Viriatho victo*; 161, 6 *angues duo nigri in cella Minervae allapsi civilem caedem portenderunt.* nec diversum est, si prodigia magistratui alicui Romano fiunt velut Tiberio Graccho, de quo 159, 19 haec dicta sunt: *proditum est memoria, Tiberium Gracchum, quo die periit, tristia neglexisse omina*; aut C. Antonio (175, 20), quem (22) *apparuit hostibus portendisse victoriam, cum ad eos laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere.* necessarium igitur ducit scriptor more vetere Romano prodigia publica sacrificiis expiari, certe non neglegi. talia autem quemquam ex Christianis, quos Orosii et Hieronymi exemplis sibi temperare non potuisse scimus, quin occasione oblata quaedam in impietatem ethnicam declamarent aut prodigia illa ad Christum traherent[3]), scribere potuisse nullo modo credi potest. iam hoc certum est Obsequentem non solum non fidei Christianae addictum fuisse, sed potius ex eorum numero, qui labente iam imperio Romano a restitutis sacris ritibusque veteribus auxilium sperabant, incertum tamen, quo tempore ille scripserit. nam latissimum spatium, quo hoc fieri potuerit, inde a M. Aurelii Antonini ultimis annis usque ad Boethii et Symmachorum aetatem porrigitur. in qua vero parte po-

Obsequens paganus

---

1) In epistula ad Iahnium missa eiusque editioni adiecta p. XVIIII.

2) Pluribus haec exposui musei Rhenani l. c. p. 2 sq.

3) Hieronymus chron. II p. 139 ed. A. Schoene ad ann. Abr. 1976 *e taberna meritoria trans Tiberim oleum terra erupit fluxitque tota die sine intermissione significans Christi gratiam ex gentibus.* cf. Orosius VI 20, 4 sq.; IV 13, 12; 21, 5 sq.; V 4, 8; 19 sq.

nendus sit, cum nihil omnino de se aut temporibus suis tradiderit neque quicquam certi ex genere eius dicendi, quippe quod omnino a Liviano pendeat, concludi possit, semper dubitabitur. Vossius (l. c.) eum minimum ante Honorii tempora, quibus Paulus Orosius fuerit, vixisse coniecit, neque certior est M. Schanzii opinio, qui quarto p. Chr. saeculo eum tribuit[1]), quod tunc pagani omnibus viribus Christianis obstiterint. equidem malim de tempore aliquanto vetustiore cogitare hanc ob causam, quia plurima illa prodigia, quae post Livium imperatorum tempore facta erant et quae facile ex Suetonii vitis Caesarum vel aliunde petere licebat[2]), vix ac ne vix quidem neglegi poterant. tantum enim aberat, ut prodigia eorumque procuratio neglegerentur, ut longe aliter quam primis imperii saeculis, quibus Diodorus Seneca Plinius Stoicos secuti haec in contemptum vocaverant[3]), inde ab Antoninis et iis maxime temporibus, quibus populus Romanus ab hostibus premebatur, superstitio mirum quantum augeretur. quo factum est, ut iam sub M. Aurelio Antonino id, quod incredibile fere videtur, eveniret, ut ex oraculo Alexandri illius pseudoprophetae duo leones bello Marcomannico in Istrum fluvium inicerentur, quos barbari paulo ante magnam cladem Romanis illatam e fluvio emergentes clavis obtruncaverunt. quare quamquam iam non Hadriani fere vel primorum Antoninorum temporibus Obsequentis libellum attribuerim[4]), tamen inde

aetas Obsequentis incerta

1) Geschichte der römischen Litteratur IV p. 77.

2) cf. quae L. Wuelkerus exposuit l. c. p. 6 sq. praeterea Cassius Dio, ut ipse narrat LXXII 23, 1, librum de somniis et ostentis edidit, ob quae Septimius Severus se imperio potiturum esse speraverat, cf. A. de Gutschmid, kleine Schriften V p. 554. similis farinae videtur fuisse Aeliani *περὶ θείων ἐναργειῶν* liber, v. fragm. 24 Hercheri. fragmenta 78, 82, 106, 228, 232, 233, 285, 329 eidem libro vel simili *περὶ δαιμόνων προνοίας* attribuerim.

3) cf. 'Berliner philologische Wochenschrift' XXVII (1907) p. 1485 sq. ceterum ut a multis et diligenter tractata sunt prodigia liberae reipublicae, ita fere neglecta iacent ea, quae imperatorum temporibus facta sunt.

4) Musei Rhenani l. c. p. 7.

a M. Aurelii aut Commodi aetate, sed etiam sub Alexandro Severo, Gordiano, Claudio Gothico, aliis talia scribi potuisse consentaneum est et ne ad nimis recentem aetatem descendamus, causa illa, de qua paulo superius dixi, nos impedit.

Ceterum iam primus editor, id quod ex inscriptione *Iulii Obsequentis ab anno urbis conditae quingentesimoquinto, prodigiorum liber imperfectus* intellegitur, libelli iniuria temporis singulis quoque locis multis male habiti partem tantum superesse perspexit, sed hoc non librariorum, verum scriptoris ipsius culpa factum esse opinatus est. iure autem Iahnius (p. XVI) titulum illum in fine codicis subscriptum fuisse coniecit et lacunam ineunte libro statuendam esse, qua prodigia annorum quingentesimi quinti a. u. c. usque ad quingentesimum sexagesimum quartum, a quo hodie Obsequens incipit[1]), perierint. videtur autem sine temeritatis opprobrio etiam paulo longius progredi licere. nam cum vix credi possit, praesertim si memoria illa tenuerimus, quae Obsequens de eventu prodigiorum pluribus locis adiecit[2]), statim ab ipsa illorum enumeratione eum initium cepisse, admodum probabile videtur eum prooemio quodam aut breviore aut prolixiore aliquid de causa, qua permotus prodigia composuerit et cur ab ipso illo anno coeperit, praemisisse[3]). adiecta fortasse nonnulla erant de prodigiis procurandis et expiandis aut similia, sed diutius his immorari nolo, ne a verisimilibus ad incerta delabar.

initium libelli deperditum

Haec habui, quae de periochis fragmentis Oxyrhynchi repertis Obsequente dicerem. addam in emendationibus virorum doctorum indicandis hanc me mihi legem scripsisse, ut eos tantum nominarem, qui primi eas protulerunt. itaque

1) Post Mommsenum, qui apud Iahnium p. XX prodigia ante annum a. u. c. quingentesimum quintum publice non fuisse litteris tradita coniecit, plures de hac re quaesiverunt, quos Wuelkerus enumeravit p. 58 adn. 3.

2) v. supra p. XXXIV.

3) Probavi hanc rem, quam iam musei Rhenani l. c. p. 5 exposui, M. Schanzio (Geschichte der römischen Litteratur IV p. 77), obloquutus est causis non allatis L. Wuelkerus (p. 79).

si, id quod alicubi in adnotationibus ad fragmenta Oxyrhynchiaca factum est, duo emendationis alicuius auctores memorantur, ab altero eam inceptam, ab altero consummatam esse scito. ceterum Drakenborchii Oudendorpii aliorum commentariis, id quod Iahnius neglexerat, diligenter excussis haud paucas coniecturas iam ab illis prolatas esse vidi, quas denuo nostrae aetatis homines docti proposuerant, et primis auctoribus reddidi. in rebus orthographicis eas leges, quas in Seneca (v. De Senecae recens. et emendat. p. 123) et Floro (praef. editionis p. LIX sq.) recensendis mihi scripsi, secutus sum, ut libros vetustissimos, quantum fieri posset, sequerer neque ad eandem omnia normam adaptarem. nam constanti inscriptionum usu constat antiquos scriptores in talibus nobis aliquanto neglegentiores fuisse. ceterum dum negotio iam ad finem perducto rem universam considero, tantum abesse video, ut rem a me perpetratam esse putem, ut haud pauca restare confidam, quae alii nos, dummodo recte periochis fragmentis Oxyrhynchiacis Obsequente usuri sint, de Livii ipsius immortali opere docere possint.[1])

Superest ut non more in his praefationibus decantato, sed ex animi sententia iis viris doctis gratias debitas agam, qui me in hac editione adornanda adiuverunt et quos omnes supra memorare nondum licuit. sunt autem primum duoviri Oxonienses, B. P. Grenfell et A. S. Hunt, qui eadem benevolentia, qua per aliquot iam annos plurimis omnium nationum viris eruditis succurrerunt, me quoque transmissa imagine septimae columnae papyri Oxyrhynchiacae et nonnullis locis ea ipsa inspecta sibi devinxerunt. accessit tertius philologus Britannicus clarissimus, F. G. Kenyon, qui eandem chartam pretiosissimam Londinii meum in usum pluribus

1) In periochas, quae sunt de bello sociali (74—76), summa licentia Th. Reinach grassatus est in 'Revue historique' XLV (1891) p. 41 sq. et addendo eiciendo transponendo epitomatoris verba ita constituit, ut res ipsas gestas esse arbitratur. ineunte periocha 74 deceptus asterisco ab Iahnio posito ante vocem *obsedit* lacunam in codice 'Nazareno' extare dixit.

locis examinavit. optime ex nostratibus viris eruditis de hac editione meritus est E. Kornemannus. neque enim tantum concessis omnium papyri columnarum imaginibus solis ope effectis, quae penes eum sunt, effecit, ut per aliquot menses domi meae diligentissime eas pertractare mihi liceret, verum etiam omnes huius exemplaris plagulas legit et typographi menda meaque emendavit. idem quominus faceret is, qui post Th. Mommsenum et O. Iahnium optime de periochis Livianis meruit, morte prohibitus est E. Woelfflinus, vir mea laude maior. qui quamvis bibliotheca sua, quam thesauro linguae Latinae donaverat, destitutus et Basileae senex venerabilis otium cum dignitate agens, tamen ultimis vitae mensibus libenter ad hunc scriptorem, quem iuvenis feliciter tractaverat, me rogante rediit et primis tribus plagulis plurimas utilissimasque notas aspersit.

scribebam Regimontii Prussorum
mense septembri anni 1909.

CORRIGENDA ET ADDENDA

P. 2, 12 verba Regnavit — fecit *uncinis circumda.*

11, 5 *comma pone ante* miles.

12, 16 *(adnotationum) post B inseras: non.*

15, 24 *lege* Oufentina.

57, 13 *(adnotationum) numerum* 13 *mutes in* 12.

59, 18 *verba* in Galliam venissent *collato Valerio Maximo* IX 6, 2 Galba ..... centum octo millia ..... partim trucidavit, partim vendidit, *doleo, quod non cum Sigonio in* in Gallia venissent *correxi.* venissent *opponitur proximo* in libertatem restituerentur.

61, 12 *vereor, ne verba* omnium humillimorumque vitiorum *tamquam appositio cum nomine* Prusias *coniungi non possint. videtur vocabulum in* —um *terminatum post* vitiorum *intercidisse velut* seminarium, domicilium, vivarium.

66, 28 *pro* is *legas* îs.

81, 3 *nescio an epitomator* Alypionis *cognomine, quod codices habent, usus sit.* Apionis *nomen apud Appianum Mithrid. 121, civ. I 111 (ἀππίων Vaticanus 134) et Eutropium VI 11, 2* (appionis *codd. Paeanii) exstat.*

97, 4 *et* 10 Sparthacum *et* Sparthaco *corrige in* Spartacum *et* Spartaco.

97, 16 *(adnotationum)* p. 177, 2 *mutes in* p. 177, 20.

101, 24 *fortasse* exerente *ita servare licet, ut 'hervortreten lassen', 'unterstützen' significet, cf. Suetonius Tib. 33. alios similiores locos et ipsos temptatos me legere memini, sed nunc frustra quaesivi.*

107, 3 moliretur *fortasse sic servari potest, ut verba hoc modo distinguantur*: uterque cum bellum moliretur, interfecti sunt.

ibid. 21 Archelao, *quod codices praebent, epitomator ipse pro* Achilla *videtur scripsisse.*

123, 3 *F. Muenzerus in 'Klio, Beiträge zur alten Geschichte' V p. 137 collato Livio XXXVII 51, 1 hanc orationis formam* P. Licinius maximus pontifex [maximus] *merito commendavit.*

ibid. 6 *cum* ant *bis scriptum esse pateat, certum puto ante id* vetuit *periisse.*

130, 90 *(adnotationum) legas*: | *proxima* l *admodum incerta est.*

p. 131, 84 *sq. v. quae Muenzerus l. c. V p. 136 sq. disseruit.*
151, 13 *sq. numeros in margine positos muta in* 3 *et* [56].
153, 24 *(adnotationum) post quaest. I, 1, 2 adde: sq.*
159, 19 *(adnotationum) pro p. 1615 lege: p. 161, 5.*
163, 21 *legas:* visus; aedicula et.
176, 5 *(adnotationum)* radictius *corrige in* radicitus. *quod vitium post plagulam ter a me correctam irrepsit nescio quo pacto.*
178, 4 *(adnotationum) ante: Oros.* adde: *Sen. nat. qu. VII 17, 2, Suet. d. Iul. 88.*

INDEX LOCORVM

Aelianus frgm. 78 sq. Hercheri p. XXXV adn. 2
Aesopus fab. 1 Halmii XXXIII adn. 2
Apuleius met. I 5 XXX adn. 3
Asclep. 21 ibid.
Arnobius IV 16 XXXII adn. 1
Cornelius Nepos Att. 3, 2 ibid.
Livius XXII 4, 6 XXVI adn. 1
10, 3 ibid.
16, 7 ibid.
CXVII fragm. XXIII adn. 1
CXXI XXIII
perioch. inscriptio X sq.

Livius perioch.

p. 1, 3	p. XXV	p. 30, 11	p. XXIII
2, 8	XXVII	31, 4	XIV
5, 9	XXVII	35, 19	XXVIII
5, 28	ibid.	38, 16; 18	XXV, XXVII
6, 13	XXVII	41, 19	XXV
7, 4	XXVIII	49, 22	XIV
9, 1	XVII	51, 9	XXV
10, 12	ibid.	55, 14	ibid.
10, 17	ibid.	56, 15; 16	ibid.
12, 17	XIII	59, 18	XXXIX
13, 15	XVII	59, 25	XXVII
14, 16	XXV	61, 12	XXXIX
20, 25	XXVIII	61, 16	XXII
25, 11	XXV, XXVIII	63, 7	XXV
26, 24	XXV	64, 12	XXII
27, 1	ibid.	64, 16	ibid.
27, 16	XIII	65, 13	XXVII
28, 7	XXVI	67, 6	XIV

p. 70, 17 XXVIII
74, 2 XXVII
76, 15 XXV
77, 14 XXV sq.
77, 16 XXII
78, 18 XXVII
81, 1 ibid.
81, 3 XXXIX
82, 20 XIV
92, 7 XXVII
93, 15 XIV
95, 16 XXVII
96, 10 XV adn. 1
96, 17 XIV
98, 13 XXVII
98, 15 XXVIII
101, 24 XXXIX
102, 23 XIV
107, 3 XXXIX
107, 21 ibid.
110, 6 XIV
111, 8 XXVI
112, 21 ibid.
114, 1 ibid.
116, 23 XXVIII
121, 10 XVIII
121, 23 XV

Livius fragm. Oxyrh.
vs. 6 p. XXXIX
7 X
9 ibid.
14 IX
18 XXI
26 VIII
44 XXI
51 X
57 VIII
72 ibid.
84 XL
111 VIII sq.

Livius fragm. Oxyrh.
vs. 133 X
182 IX
210 XXI
214 XXI sq.
217 VIII sq.
226 XXII

Obsequens
p. 151, 6 p. XXXI
151, 12 ibid.
152, 3 ibid.
152, 12 ibid.
153, 2 ibid.
153, 11 ibid.
153, 12 ibid.
153, 23 ibid. adn. 2
156, 2 XXXI sq.
156, 16 XXXI
157, 4 ibid.
157, 5 XXXIII
157, 22 XXXI
158, 2 XXXII
159, 11 XXXI
159, 18 ibid.
160, 8 ibid.
160, 17 ibid.
160, 19 ibid.
160, 21 XXXII
163, 21 XL
166, 10 XXXI
168, 22 XXXII
169, 20 XXXI
170, 13 ibid.
173, 5 ibid.
173, 16 ibid.
177, 8 XXXIII
178, 16 ibid.
180, 23 XXXII
181, 8 XV sq.
181, 14 ibid.

Oxyrhynchus Papyri VI nr. 871 V adn. 1
Phaedrus V 10, 6 XXXIII adn. 2
Seneca de clem. I 1, 5 IX adn. 1
consol. ad Polyb. 17, 6 XXII adn. 1.

NOTARVM CONSPECTVS

N	Palatinus Latinus 894 saeculi noni
B	Bernensis A 92 saeculi noni
P	Parisinus 7701 saeculi duodecimi
Π	codex a P. Pithoeo collatus
L	Leidensis Vossianus oct. 14 saeculi undecimi
C	Harleianus 2620, olim Cusanus, saeculi decimi tertii
r	editio princeps anni fere 1469

scripturis periocharum si nota adscripta non est, omnium horum librorum (praeter *Π*) consensus significatur, si scripturis fragmentorum Oxyrhynchiacorum, papyrus musei Britannici 668 saeculi quarti vel tertii, si scripturis Obsequentis, eius editio princeps Aldinae epistularum Plinii anni 1508 subiecta

*	unam litteram erasam indicat
|	finem versus codicis indicat.

T · LIVI PERIOCHAE

OMNIVM LIBRORVM AB VRBE CONDITA

EX LIBRO I

Ia Adventus Aeneae in Italiam et res gestae. Ascani regnum Albae [Italiae] et deinceps Silviorum. Numitoris filia a Marte compressa nati Romulus et Remus. Amullius obtruncatus. urbs a Romulo condita. senatus lectus. cum Sabinis bellatum. spolia opima Feretrio Iovi lata. in *cur*ias populus divisus. Fidenates Veientes victi. Romulus consecratus.

Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit. porta Iani clausa.

Tullus Hostilius Albanos diripuit. trigeminorum pugna. Metti Fufeti supplicium. Tullus fulmine consumptus.

Ancus Marcius Latinos devicit, Ostiam condidit.

Tarquinius Priscus Latinos superavit, circum fecit, finitimos devicit, muros et cloacas fecit.

Servio Tullio caput arsit. Servius Tullius Veientes devicit et populum in classes divisit, aedem Dianae dedicavit.

Tarquinius Superbus occiso Tullio regnum invasit. Tulliae scelus in patrem. Turnus Herdonius per Tar-

INCIPIT ·,· TITILIUI · A · BERBE (ab urbe *superscripsit m. 2*) CONDITA · LIBER ·I· *N* Incipit titi liuij ab urbe condita ex libro primo ~ periocha *P* DE TITO LIVIO ABVRBE CONDITA *CL* ‖ 2 ascanius *NPΠ* ascanii *CL* ‖ 3 Italiae *seclusi tanquam adiectum ab interpolatore Albae Helvorum aliarumve memore* italae *C* et Siluii *r* | siluia *L* ‖ 4 cuius *ante* nati *add. L* ‖ 5 Amulius P^2C ‖ 7 centurias: *corr. Sigonius* ‖ 9 ritum *LC* ‖ 11 tullius *NPC* ‖ 12 pugnam. et titi *N* (m *expunxit m. 1*) *P* pugna et titi *CL* ‖ 14 hostiam *L* | Ostiam — deuicit *(16) om. C*

quinium occisus. bellum cum Vulscis. fraude Sex. Tarquini Gabi direpti. Capitolium inchoatum. *Termonis* et Iuventae arae moveri non potuerunt. Lucretia se occidit. Superbi expulsio. regnatum est annis CCLV.

Ib Latinis victis montem Aventinum adsignavit, fines protulit, Hostiam coloniam deduxit. caerimonias a Numa institutas renovavit.

Hic temptandae scientiae Atti Navi auguris causa fertur consuluisse eum, an id, de quo cogitaret, effici posset; quod cum ille fieri posse dixisset, iussisse eum novacula cotem praecidere, idque ab Atto protinus factum.

Regnavit annis XXIIII. eo regnante Lucumo, Demarati Corinthî filius, a Tarquinis, Etrusca civitate, Romam venit et in amicitiam Anci receptus Tarquini Prisci nomen ferre coepit et post mortem Anci regnum excepit. centum in patres allegit, Latinos subegit, ludos in circo edidit, equitum centurias ampliavit, urbem muro circumdedit, cloacas fecit. occisus est ab Anci filiis, cum regnasset annis XXXVIII.

Successit ei Servius Tullius, natus ex captiva nobili Corniculana, cui puero athuc in cunis posito caput arsisse traditum erat. is censum primum egit, lustrum

2 gabii N^2CL | directu NP directum N^2 Gabis direpta? Gabini recepti *Kornemannus* | cremonae *NIIL* Cremoniae (i *exp. m. 2*) *P* cremonae *suprascripto* uel termine *C: corr. Pithoeus, cf. Enn. ann. 479 sq. V.², Plutarch. Num. 16, Dionys. Hal. III 69, Semo Sancus,* Termini *Barberinianus* ‖ 3 arae · remoueri *CL* ea remoueri P^1 *(correxit* P^2*)* ‖ 4 annos *(*os *in ras. totidem litterarum m. 2) P* ‖ 5 Lib·ii· *praescribit L* Liber secundus *C; iis, quae de primis tribus regibus dicta erant, lacuna haustis hoc enuntiatum ad Ancum pertinet, v. praefat. et quae dixi in ephemeride Berliner philol. Wochensch. XXIV (1904) p. 1309 sq.* | Latinis — annos XXV *(p. 4, 6) om. Gronovianus* ‖ 7 a Numa *om. L* | noma *(*v *m. 2) N* ‖ 8 Hic — factum *del. Madvigius ad verba* Regnavit — fecit *(12—18) adscripta fuisse vidit Woelfflinus* | atii *N* | gnaui *P* ‖ 9 quo *om. L* ‖ 10 illi *NP om. L* ‖ 12 regnavit] *i. e. Ancus* | eo regnante *confirmatur Livii verbis* I 34, 1 ‖ 13 etrusciae *NP* et etruscia *CL* ‖ 16 C hic patres elegit *CL* ‖ 17 equitum — circumdedit *om. L*

condidit, quo censa LXXX milia esse dicuntur, pomerium protulit, colles urbi adiecit Quirinalem Viminalem Aesquilinum, templum Dianae cum Latinis in Aventino fecit. interfectus est a Lucio Tarquinio, Prisci filio, consilio filiae suae Tulliae, cum regnasset annis XLIIII.

Post hunc L. Tarquinius Superbus neque patrum neque populi iussu regnum invasit. is armatos circa se in custodiam sui habuit. bellum cum Vulscis gessit et ex spoliis eorum templum in Capitolio Iovi fecit. Gabios dolo in potestate*m* sua*m* redegit. huius filiis Delphos profectis et consulentibus, quis eorum Romae regnaturus esset, dictum est eum regnaturum, qui primum matrem osculatus esset. quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur, Iunius Brutus, qui cum his profectus erat, prolapsum se simulavit et terram osculatus est. idque factum eius eventus conprobavit. nam cum inpotenter se gerendo Tarquinius Superbus

hanc libri primi formam interpolatam habet r:

Aduentus Eneae in Italiam et res ab eo gestae. Ascanii regnum Albe. et Siluii Eneae: ac deinceps Siluiorum Regum: primo libro continentur. Numitoris filia a Marte compressa. Nati Romulus et Remus. Amulius obtruncatus. Vrbs a Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bellatum. Opima spolia Ioui Feretrio lata. In centurias populus diuisus. Fidenates et Veientis uicti. Romulus consecratus.

Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit. Iano templum constituit: eiusque portam pacatis omnibus circa populis primus clausit. Cum dea Egeria sibi congressus nocturnos esse simulans: feroces Populi animos ad religionem perpulit.

Ancus Martius cerimonias a Numa institutas renouauit. Latinis uictis et ad ciuitatem adscitis montem Auentinum assignauit. Politorum urbem Latinorum bello repetitam: quam Prisci Latini occupauerant: diruit. Pontem sublitium in Tyberi fecit. Ianiculum collem Vrbi addidit. Fines imperii protulit. Ostiam condidit.

Tullus Hostilius Albanos bello petiit. Post haec Trigeminorum pugna. Oratius absolutus. Metii Suffetii supplicium.

1 milia *om. P* $\overline{\text{LXXX}}$ *CL* ‖ 3 Aesquilinum] Aesquilias *et* Aesquilinam *etiam cod. Livii Veronensis III 67, 11; 68, 2* ‖ 6 nepatrum *N* ‖ 7 is *om. P* his *L* ‖ 10 potestate sua | huius *om. Π*

omnes in odium sui adduxisset, ad ultimum propter expugnatam nocturna vi a Sexto, filio eius, Lucretiae pudicitiam, quae ad se vocato patre Tricipitino et viro Conlatino obtestata, ne inulta mors eius esset, cultro se interfecit, Bruti opera maxime expulsus est, cum regnasset annos XXV. tum consules primi creati sunt L. Iunius Brutus L. Tarquinius Conlatinus.

Alba diruta. Albani in ciuitatem recepti. Sabinis bellum indictum. Ad postremum fulmine absumptus est.

Tarquinius Priscus in Anci amiciciam receptus centum additis: Patrum numerum auxit. Latinos subegit. Cyrcum designauit. Ludos edidit. Sabinorum bello petitus equitum centurias ampliauit: Temptande scientie causa: Accii Nauii Auguris consuluisse fertur: an id de quo cogitaret: effici posset: quod cum ille fieri posse respondisset: iussisse eum nouacula cotem praecidere: idque protinus factum. Sabinos praeterea acie uicit. Vrbem muro circumdedit. Cloacas fecit.

Seruius Tullius natus ex captiua Corniculana: cui puero in cunis posito caput arsisse traditum est. Veientes atque etruscos praelio fudit. Censum primus omnium egit. Lustrum condidit. Classes Centuriasque descripsit. Pomerium protulit. Colles Vrbi Quirinalem Viminalem Esquilinumque adiecit. Templum Diane cum Latinis in Auentino fecit.

L. Tarquinius Superbus occiso Seruio eius socero: inuasit Regnum. Quo die scelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentum egit. Armatos circa se ad custodiam corporis sui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum Volscis gessit. et ex eorum preda templum Ioui in Capitolio fecit. Terminus et Iuuentas non addixere: quorum arae moueri non potuerunt. Eius filii.Sex. Tarquinii dolo Gabios in potestatem suam redegit. Huius filiis Delphos profectis.et consulentibus quis eorum regnaturus esset Rome: dictum est eum regnaturum qui primum matrem osculatus esset. Quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur: Iunius Brutus qui cum iis profectus erat prolapsum se simulauit et terram osculatus est. idque factum eius euentum rei comprobauit. Nam cum impotenter se gerendo Tarquinius Superbus omnes in odium suum adduxisset: ad ultimum propter expugnatam nocturna ui a Sexto filio eius Lucretie pudicitiam: quae uocato patre ad se Tricipitino et uiro Collatino obtestata: ne inulta mors eius esset: cultro se interemit. Bruti opera maxime expulsus est. cum regnasset annos uigintiquinque. Tunc consules primum creati sunt. L. Iunius Brutus: et.L. Tarquinius Collatinus.

4 collatino *NP* cum latino *L*

EX LIBRO II

Brutus iureiurando populum adstrinxit, neminem Romae regnare passuros. Tarquinium Conlatinum, collegam suum, propter adfinitatem Tarquiniorum suspectum coegit consulatu se abdicare et civitate cedere. bona regum diripi iussit, agrum Marti consecravit; qui campus Martius nominatus est. adulescentes nobiles, in quibus suos quoque et fratris filios, quia coniuraverant de recipiendis regibus, securi percussit. servo indici, cui Vindicio nomen fuit, libertatem dedit; ex cuius nomine vindicta appellata. cum adversus reges, qui contractis Veientum et Tarquiniensium copiis bellum intulerant, exercitum duxisset, in acie cum Arrunte, filio Superbi, commortuus est; eumque matronae anno luxerunt. *P.* Valerius consul legem de provocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum est. Porsenna, Clusinorum rex, bello pro Tarquinîs suscepto cum ad Ianiculum venisset, ne Tiberim transiret, virtute Coclitis Horati prohibitus est. qui, dum alii pontem Sublicium rescindunt, solus Etruscos sustinuit et ponte rupto armatus in flumen se misit et ad suos transnavit. accessit alterum virtutis exemplum in Mucio. qui cum ad feriendum Porsennam castra hostium intrasset, occiso scriba, quem regem esse existimaverat, conprehensus inpositam manum altaribus, in quibus sacrificatum erat, exuri passus est dixitque tales CCC esse. quorum admiratione coactus Porsenna pacis condiciones ferre bellum omisit acceptis obsidibus. ex quibus virgo una Cloelia deceptis custodibus per Tiberim ad suos trans-

1 LiBer · iii *L* Liber tertius · *C* ‖ 3 passurus *C* | collatinum *NP* ‖ 8 sororis filios *Sigonius* ‖ 10 Vindicius *r* ‖ 11 est apellata *r* ‖ 12 ueientium *P* ‖ 14 annum *r* ‖ 15 l. ualerius: *corr. Sigonius* ‖ 18 coclis *NCL* ‖ 19 sublicum *NC* ‖ 21 *et* 29 transnatavit *CL* | se in flumen *r* | alterum accessit *r* ‖ 22 a Mutio *r* ‖ 24 putabat *r* ‖ 25 altaribus manum *r* ‖ 26 coniuratos in mortem ipsius Regis *post* esse *add. r* ‖ 28 ex quibus *om. CL*

navit et, cum reddita esset, ⟨a⟩ Porsenna honorifice remissa equestri statua donata est. adversus Tarquinium Superbum cum Latinorum exercitu bellum inferentem Aulus Postumius dictator prospere pugnavit. Appius Claudius ex Sabinis Romam transfugit. ob hoc Claudia tribus adiecta est numerusque tribuum ampliatus est, ut essent XXI. plebs cum propter nexos ob aes alienum in sacrum montem secessisset, consilio Meneni Agrippae a seditione revocata est. idem Agrippa cum decessisset, propter paupertatem publico inpendio elatus est. tribuni plebis quinque creati sunt. oppidum Vulscorum Corioli captum est virtute et opera Cn. Marci, qui ob hoc Coriolanus vocatus est. T. Latin⟨i⟩us, vir de plebe, cum in visu admonitus, ut de quibusdam religionibus ad senatum perferret, [et] neglexisset, amisso filio pedibus debilis factus, postquam delatus ad senatum lectica eadem illa indicaverat, usu pedum recepto domum reversus est. cum Cn. Marcius Coriolanus, qui in exilium erat pulsus, dux Vulscorum factus exercitum hostium urbi admovisset, et missi ad eum primum legati, postea sacerdotes frustra deprecati essent, ne bellum patriae inferret, Veturia mater et Volumnia uxor impetraverunt ab eo, ut recederet. lex agraria primum lata est. Spurius Cassius consularis regni crimine damnatus est necatusque. ⟨Op⟩illia virgo Vestalis ob incestum viva defossa est. cum vicini Veientes incommodi magis quam graves essent, familia Fabiorum id bellum gerendum depoposcit misitque in id trecen-

1 a *om.* | porsennae *CL Sigonii vet. lib.* ‖ 2 equestrique *r* ‖ 4 postumus | pugnauit apud lacum Regillum *r* ‖ 6 et *Iahnius* ‖ 7 est *fortasse delendum, v. vs. 25* ‖ 12 C. Marcii *Sigonius* | 13 latinus: *corr. Sigonius ex vet. lib., cf. Liv. II 36, 2, Valer. Max. I 7, 4, alios* ‖ 14 admonitus esset *r* ‖ 15 et *seclusi* id *Drakenborchius* ‖ 17 lecaeadem *N* haec eadem N^2 ‖ 19 uolscorum *C* ‖ 20 Vrbi primo *r* ‖ 22 uolumina *N* uolumpnia *C* ‖ 24 regni affectati crim. *Woelfflinus conferens de vir. inlustr. 17, 5, Ampelius 27, 2; 4, sed v. Florus I 17, 7* ‖ 25 illia *NCII* Ilia *LP'Οπιμία Dionys. Halic. VIII 89* Popilia *Oros. II 8, 13*: *corr. Hertzius* Oppia *Livius II 42, 11* ‖ 26 hostes *post* uicini *add. PCLr* ‖ 28 gerendi *NP*

tos et sex armatos, qui ad Cremeram praeter unum ab hostibus caesi sunt. Appius Claudius cos. cum adversus Vulscos contumacia exercitus male pugnatum esset, decimum quemque militum fuste percussit. res praeterea adversus Vulscos et Hernicos et Veientes et seditiones inter patres plebemque continet.

EX LIBRO III

Seditiones de agrariis legibus fuere. Capitolium ab exulibus et servis occupatum caesis his receptum est. census bis actus est. priore lustro censa sunt civium capita VIII milia DCCXIIII praeter orbos orbasque, sequenti CXVII milia CCXVIIII. cum adversus Aequos male gesta res esset, L. Quintius Cincinnatus dictator factus, cum rure intentus operi rustico esset, ad id bellum gerendum arcessitus est. is victos hostes sub iugum misit. tribunorum plebis numerus ampliatus est, ut essent X tricesimo sexto anno ⟨a⟩ primis tribunis plebis. petitis per legatos et adlatis Atticis legibus ad constituendas eas proponendasque XViri pro consulibus sine ullis aliis magistratibus creati *altero et trecentesimo* anno, quam Roma condita erat, et ut a regibus ad consules, ita a consulibus ad XViros imperium translatum. hi X tabulis legum positis cum modeste se in eo honore gessissent et ob id in alterum quoque annum eundem esse magistratum ⟨placuisset, duabus tabulis⟩

gerendum sibi *Hertzius, num* ⟨onus⟩ id bellum gerendi*?, cf. Liv. II 49, 1* ‖ 1 ad unum *r* ‖ 2 sunt uno impubere domi relicto *r* ‖ *3 et* 5 uolscos *C* ‖ 4 militum] *habet etiam Frontini strat. IV 1, 34 codex optimus Harleianus manu prima, quam scripturam recipere debebat Gundermannus* ‖ 5 Veientes * et *Iahnius* ‖ 7 LIBER · IIII *L* LIBER QVARTVS *C* ‖ 8 legibus factae *r* ‖ 9 est *om. L* ‖ 11 CIIII DCCCXIIII *Liv. III 3, 9* ‖ 12 CXVII CCCXVIIII *Liv. III 24, 10* | aquos *N* aliquos N^2 | res male gesta *r* ‖ 14 rustico operi *CLr* ‖ 17 a *om.* ‖ 20 nono trigesimo (tricessimo *N* tricesisno *L*): *corr. Aldina* ‖ 22 translatum imperium *r* ‖ 24 eo *om. r* ‖ 25 adeundem (*omisso* esse) *CL* | placuisset duabus tabulis *om.*: *add. Sigonius*

ad x adiectis cum complura inpotenter fecissent, magistratum noluerunt deponere et in tertium annum retinuerunt, donec inviso eorum imperio finem adtulit libido Appi Claudi. qui cum in amorem Virginiae virginis incidisset, summ⟨iss⟩o, qui eam in servitutem peteret, necessitatem patri eius Virginio inposuit. rapto ex taberna proxima cultro filiam occidit, cum aliter effici non posset, ne in potestatem stuprum inlaturi veniret. hoc tam magnae iniuriae exemplo pleps concitata montem Aventinum occupavit coegitque xviros abdicare se magistratu. ex quibus Appius, qui praecipuam poenam meruerat, in carcerem coiectus est, ceteri in exilium acti. res praeterea contra Sabinos et Vulscos prospere gestas continet et parum honestum populi Romani iudicium. qui iudex inter Ardeates et Aricinos sumptus agrum, de quo ambigebatur, sibi adiudicavit.

EX LIBRO IIII

Lex de conubio patrum et plebis a tribunis contentione magna patribus repugnantibus perlata est. tribuni ** plebis. aliquod annos res populi R. domi militiaeque per hoc genus magistratus administratae sunt. item censores tunc primum creati sunt. ager Ardeati*b*us populi iudicio ablatus missis in eum colonis restitutus est. cum fame populus R. laboraret, Spurius Maelius eques R. frumentum populo sua in-

1 ad *om. CL* ‖ 3 inuito: *corr. Drakenborchius* ‖ 4 amore *NP* | Virginiae *om. r* ‖ 5 summo qui *NP* sibique *CL* | seruitute *NP* ‖ 6 Qui rapto *CL* ‖ 7 cultro ut filiam interimeret *r* | aliter eam tueri *r* aliter enim non *P* ‖ 9 luxuriae *r* | incitata *r* ‖ 11 Appius et unus collegarum *r* | praecipue *r* ‖ 12 meruerant *r* | carcere *N* | coniectus *PCL* coniecti *(om.* est) *r* ‖ 13 sunt *ante* acti *add. NCL* | res r̃. *CL* ‖ 18 Liber v *L* Liber qvintvs *C* ‖ 19 tribunis plebis *r* ‖ 21 *corruptelam indicavit Sigonius* a tri. pl. *r* tribuni militares *Gruterus malo* tribuni mil. consulari potestate creati *ex Liv. IIII 31, 1* | aliquid N^1PCL aliquot N^2 ‖ 24 ardeatinus *NP* ardeatinis *L: corr. ex vet. lib. Delrius cod. Boendermakeri*

pensa largitus est, et ob hoc factum conci*li*ata sibi plebe regnum adfectans *a C.* Servilio Ahala magistro equitum iussu Quinti Cincinnati dictatoris occisus est; *L.* Minucius index bove aurata donatus est. legatis Romanorum a Fidenatibus occisis, quoniam ob rem p. morte occubuerant, statuae in rostris positae sunt. Cossus Cornelius tribunus militum occiso Tolumnio, Veientum rege, opima spolia secunda rettulit. M*am.* Aemilius dictator censurae honorem, qui antea per quinquennium gerebatur, anni et sex mensum spatio finît; ob eam rem a censoribus notatus est. Fidenae in potestatem redactae e*o*que coloni missi sunt. quibus occisis Fidenates cum defecissent, ab M*am.* Aemilio dictatore victi sunt et Fidenae captae. coniuratio servorum oppressa est. Postumius tribunus militum propter crudelitatem ab exercitu occisus est. stipendium ex aerario tum primum militibus datum est. res praeterea gestas adversus Vulscos et Fidenates et *Fali*scos continet.

EX LIBRO V

In obsidione Veiorum tabernacula militibus facta sunt. ea res cum esset nova, indignationem tribunorum plebis movit querentium non dari plebi nec per hiemem militiae requiem. equites tum primum equis

1 hoc *om. NPΠ* id *add. r* | concitata ‖ 2 a C.] ex *NP* | et ahala magistris *NP* et hala magistris *CL* ‖ 4 T. minucius *N* T. minutius *PCL: corr. r* | uindex *NP* iudex *CL* ‖ 6 morte *om. Cr* ‖ 7 Cossus *del. Lahmeyerus* | Cornelius Cossus *r* | Volumnio rege Veientium *r* ‖ 8 m. aemilius*: corr. Drakenborchius* ‖ 9 honore *r* ‖ 10 mensium *P* (i *expuncta*) *CL* ‖ 11 finit *CL* finito *NPr* ‖ 12 potestate *NPΠ* | redacti *N* redactia N^2 | eaque*: corr. r* in easque *Kornemannus* ‖ 13 defecissent a populo Ro. *r* | m. aemilio *(supra* m. *aliquid erasum est et* ae *in ras. m. 1) N* m. aemilio *P* emilio *CL: corr. Drakenborchius* ‖ 15 est *om. editores post Gruterum excepto Drakenborchio* ‖ 18 uolscos *CL* | labs cos *NΠC* labascos *(alteram* a *expunxit m. 2) P* babscos *L* ‖ 19 LIBER VI · *L* LIBER SEXTVS *C* ‖ 20 hibernacula *Vascosanus ex Liv. V 2, 1*

suis mereri coeperunt. cum inundatio ex lacu Albano facta esset, vates, qui eam rem interpretaretur, ex hostibus captus est. Furius Camillus dictator x annis obsessos Veios cepit, simulacrum ⟨Iunonis⟩ Romam transtulit, decimam praedae Delphos Apollini misit. idem tribunus militum cum Faliscos obsideret, proditos hostium filios parentibus remisit statimque deditione facta Faliscorum victoriam iustitia consecutus est. cum alter ex censoribus C. Iulius decessisset, in locum eius M. Cornelius suffectus est. nec id postea factum est, quoniam eo lustro a Gallis Roma capta est. Furius Camillus, cum dies ei ab L. Apuleio tribuno pl. dicta esset, in exilium abît. cum Galli Senones Clusium obsiderent et legati a senatu missi ad conponendam inter eos et Clusinos pacem pugnantes contra Gallos starent in acie Clusinorum, hoc facto eorum concitati Senones urbem infesto exercitu petierunt fusisque ad Aliam Romanis cepere urbem praeter Capitolium, quo se iuventus contulerat; maiores natu cum insignibus honorum, quos quisque gesserat, in vestibulis aedium sedentes occiderunt. et cum per aversam partem Capitoli iam in summum evasissent, proditi clangore anserum M. Manli praecipue opera deiecti sunt. coactis deinde propter famem Romanis ⟨eo⟩ descendere, ut M pondo auri darent et hoc pretio finem obsidionis emerent, Furius Camillus, dictator absens creatus, inter ipsum conloquium, quo de pacis condicionibus agebatur, cum exercitu venit et Gallos post sextum mensem urbe

1 merere *r* ‖ 2 ab *P* de *Sigonius ex vet. libro* ‖ 3 annos *r* ‖ 4 Iunonis *om.* | romae *NP* ‖ 5 dec. partem *r* | item: *corr. r* ‖ 8 consequtus *L* ‖ 9 Emilius *r* ‖ 12 ei *om. NΠ* ei dies *r* ‖ 13 senones calli *Pr* (Galli) ‖ 15 starent *om. NPΠ* ‖ 16 clusinorum stetissent *r* ‖ 17 infesto agmine *CL* | Alliam flumen *r* | uel aliam P^2 *supra vers.* ‖ 18 in quo *NPCL* in quod *r veteres libri Sigonii: corr. cod. Boendermakeri* ‖ 21 ceciderunt *CL* ‖ 22 senonenses *post* summum *add. L* ‖ 23 manili *NP* | detecti: *corr. r* ‖ 24 eo *inseruit I. F. Gronovius* | ut ·X· *C* ut decem *L* ‖ 25 ut hoc: *corr. r* ‖ 26 inter pendendum aurum cum *r*

expulit ceciditque. dictum est ad Veios migrandum esse propter incensam et dirutam urbem, quod consilium Camillo auctore discussum est. movit populum vocis quoque omen ex centurione auditae, qui cum in forum venisset, manipularibus suis dixerat: sta miles, hic optime manebimus. aedis Iovi Capitolino facta est, quod ante urbem captam vox audita erat adventare Gallos.

EX LIBRO VI

Res adversus Vulscos et Aequos et Praenestinos prospere gestas continet. quattuor tribus adiectae sunt, Stellatina *T*romentina Sabatina Arniensis. M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum obstrictos aere alieno liberaret, nexos exsolveret, crimine adfectati regni damnatus de saxo deiectus est. in cuius notam S. C. factum est, ne cui de Manlia gente M*arco* nomen esset. C. Licinius et L. Sextius tribuni pl. legem promulgaverunt, ut consules ex plebe fierent, qui ex patribus creabantur, eamque cum magna contentione repugnantibus patribus, cum idem tribuni pl. per quinquennium soli magistratus fuissent, pertulerunt; et primus ex plebe consul L. Sextius creatus est. lata est et altera lex, ne cui plus quinquentis iugeribus agri liceret possidere.

1 dictum — Gallos *(8) del. Woelfflinus* | ad *mihi suspectum videtur* ‖ 5 manipulariis *r* | dixerat. Aestimabiles *CL* ‖ 6 Edes *r* | Aedes — Gallos. *ante* dictum *(1) transposuit Ascensius* | Aio Loquuto (*immo* Locutio, *cf. Liv. V 52, 11*) *Sigonius* ‖ 7 quo loco *r* ‖ 8 gallos aduentare *CL* ‖ 9 Liber vii. *L* Liber septimvs *C* ‖ 10 Equos: et Volscos *r* | uolscos *CL* ‖ 11 addite sunt *r* ‖ 12 promentina: *corr. Sigonius* | sabitana *CL, hinc incipit B* | manilius *NBP* ‖ 15 defectus *NBP*^{1}*Π* ‖ 16 sic *CL* | manli cognomen *NΠB* manlii cogn. *C* manlia cogn. *L* marco cogn. *r: corr. Sigonius, nisi forte epitomator ipse similem errorem commisit ac [Victor] de vir. inlustr. 24, 7, (de quo v. Th. Mommsenus Röm. Forschungen II p. 182 adnot. 61) et scripsit* M. Manli cognomen, *cf. Liv. VI 20, 14 et Valer. Max. VI 3, 1a* ‖ 18 etiam ex plebe *r* ‖ 19 eam legem *r* ‖ 22 primus omnium *r*

EX LIBRO VII

Duo novi magistratus adiecti sunt, praetura et curulis aedilitas. pestilentia civitas laboravit, eamque insignem fecit mors Furi Camilli. cuius remedium et finis cum per novas religiones quaereretur, ludi scaenici tunc primum facti sunt. cum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno pl. propter dilectum acerbe actum et T. Manlium filium rus relegatum sine ullo crimine, adulescens ipse, cuius relegatio patri obiciebatur, venit in cubiculum tribuni strictoque gladio coegit eum in verba sua iurare, se non perseveraturum in accusatione. tunc omnia pretiosa missa sunt in praealtam voraginem urbis Romanae. in eam Curtius armatus sedens equo praecipitavit; ⟨ita⟩ expleta. *T.* Manlius adulescens, qui patrem a tribunicia vexatione vindicaverat, contra Gallum provocantem aliquem ex militibus Romanis in singulare certamen ⟨descendit⟩ eique occiso torquem aureum detraxit, quem ipse postea tulit, et ex eo Torquatus vocatus est. duae tribus adiectae, Pomptina et Publilia. Licinius Stolo lege lata damna-

1 Liber · viii · *L* Liber octavvs · *C* ‖ 2 Praeterea et Edilitas Curulis *r* ‖ 4 est finis *B L C* ‖ 6 inuenti *in* facti *corr. m. eadem C* ‖ 8 manilium *N P Π L* mannilium *B* | eius *post* filium *add. P* | rus *om. r* ‖ 11 non *om. N B L P*¹ uel non *P*² *in margine* | non perseueraturum se *r* ‖ 12 *post* accusatione. *Guelferbytanus Gronovianus Barberinianus add.* cum telluris hiatu tota ad ultimum territa patria foret, | tunc omnia perniciosa omissa sunt. *Ascensius* | patentem *r* ‖ 13 Romae *r* ‖ 14 sedens *om. r* | se praecipitauit *r* | ex plet; at *N* expletat *B* expleta.t. *P* Exiit *CL: corr. Weisenbornius* ita expletam *Iahnius* et expleta est *Barberinianus Gronovianus Leidensis* eaque expleta est *r* | lucius manilius*: corr. Sigonius ex vet. lib., an* T. Luci f. Manlius*?, v. Liv. VII 10, 2* ‖ 15 liberauerat *C L* ‖ 16 prouocan| *B omisso* tem | de militibus *C L* ‖ 17 descendit *om. N B (exeunte versu) P Π C L add. r, an* processit*? cf. Liv. VII 26, 2* ‖ 19 est nuncupatus *r* | additae *C Lr* ‖ 20 pomptinia *N B* (t *in* l *mutavit m. eadem*) *L* Pomponiana *r* | Publicia *r* | latia *P* data *C L* sua *Iahnius* ab ipso lata *r*

tus est, quod plus quingentis iugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, a quo provocatus erat, insidente galeae corvo et unguibus rostroque hostem infestante occidit et ex eo Corvi nomen accepit, consulque proximo anno, cum annos XXIII haberet, ob virtutem creatus est. amicitia cum Carthaginiensibus iuncta est. Campani cum a Samnitibus bello urgerentur, auxilio adversus eos a senatu petito, cum id non inpetrarent, urbem et agros populo R. dediderunt. ob quam causam ea, quae populi R. facta essent, defendi bello adversus Samnites placuit. cum ab Aulo Cornelio cos. exercitus in locum inicum deductus in magno discrimine esset, ⟨P.⟩ Deci Muris tribuni militum opera servatus est. qui occupato colle super id iugum, in quo Samnites consederant, occansionem consuli in aequiorem locum evadendi dedit; ipse ab hostibus circumsessus er*u*pit. cum milites Romani, qui Capuae in praesidio relicti erant, de occupanda ea urbe conspirassent et detecto consilio metu supplici a populo R. defecissent, per M. Valerium Corvum dictatorem, qui consilio suo eos a furore revocaverat, patriae restituti sunt. res praeterea contra Hernicos et Gallos et Tiburtes et Privernates et Tarquinienses et Samnites et Vulscos prospere gestas continet.

1 quingentorum iugerum *r* ‖ 4 infestante hostem: interemit: *r* | coruini *CLΠ* ‖ 5 anno creatus est ob virtutem: cum uicesimum tertium haberet annum: *r* ‖ 7 firmata *L* | est *om. r* | cum urgerentur a Samnitibus bello: *r* ‖ 9 atque agros *r* ‖ 10 dederunt *CL* | essent facta *CL* ‖ 12 iniquum locum *r* ‖ 13 P. *add. Sigonius ex vet. libro* ‖ 15 insederant *C (prior* e *ex* i *correcta) L* sederant *r* | occasionem P^2CL ‖ 17 eripuit | cum *om. r* ‖ 18 erant relicti *r* | relicti in presidio *CL* | cum de *r* | occupande (e *in* a correcta) *N* ‖ 19 ea *om. NCL* ‖ 20 per *om.* N^1 *(ineunte versu) BP* | coruinum *r* ‖ 22 *in* sunt *desinunt CL* ‖ 24 uolscos *P*

EX LIBRO VIII

Latini cum Campanis defecere et missis legatis ad senatum condicionem tulerunt ut, si pacem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent. qua legatione perlata praetor eorum Annius de Capitolio ita lapsus est, ut exanimaretur. T. Manlius consul filium, quod contra edictum eius adversus Latinos pugnaverat, quamvis prospere pugnasset, securi percussit. laborantibus in acie Romanis P. Decius, tunc consul cum Manlio, devovit se pro exercitu et concitato equo cum in medios hostes se intulisset, interfectus morte sua Romanis victoriam restituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverso nemo ex iuventute obviam processit. Min*u*cia, virgo Vestalis, incesti damnata est. Ausonibus victis *et* oppido ex is capto Cales [colonia deducta est], item Fregellae coloniae deductae sunt. veneficium conplurium matronarum deprehensum est, ex quibus plurimae statim epotis medicaminibus perierunt. lex de veneficio tunc primum constituta est. Privernatibus, cum bellassent, victis civitas data est. Neapolitani bello et obsidione victi in deditionem venerunt. Q. Publilio, qui eos obsederat, primo et imperium prolatum est et pro cos. triumphus decretus. plebs nexu liberata est propter L. Papiri creditoris libidinem, qui C. Publilio debitori suo stuprum inferre

2 defecerunt *r* ‖ 4 *in* facerent *desinit B* ‖ 5 Arnus *r* | prolapsus *r, sed v. Liv. VIII 6, 2* ‖ 6 filium eius *r* ‖ 7 eius *om. r* | pugnauerat *om. r* ‖ 9 in acie *om. r* | tunc consul cum Manlio *om. NP habent Leidensis et Vossianus* tunc cum Manlio *r* ‖ 14 minicia *NP* ‖ 15 in oppido exis cales capto cales *NP* in oppido ex his capto cales *Π: correxi, v. Liv. VIII 16, 10* | ex is capto *om. r* in oppidum ex iis captum Cales *Sigonii vet. lib.* ‖ 16 colonia deducta est, *seclusit I. F. Gronovius (v. p. 15, 25; 20, 13) quibus servatis* Fregellae colonia deducta est *Drakenborchius* | 18 quarum *r* ‖ 20 rebellassent *r, sed cf. Liv. VIII 19, 4* ‖ 23 est *om. r* | per consules ei decretus triumphus *r* ‖ 25 Publio *Leidensis r*

voluerat. cum L. Papirius Cursor dictator reversus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius, magister equitum, occassione bene gerendae rei invitatus, contra edictum eius prospere adversus Samnites pugnavit. ob eam causam cum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus videretur, Fabius Romam profugit et, cum parum causa proficeret, populi precibus donatus est. res praeterea contra Samnites prospere gestas continet.

EX LIBRO VIIII

T. Veturius Spurius Postumius coss. apud furcas Caudinas deducto in locum *ar*tum exercitu, cum spes nulla esset evadendi, foedere cum Samnitibus facto et sescentis equitibus Romanis obsidibus datis ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub iugum mitterentur; idemque auctore Spurio Postumio cos., qui in senatu suaserat, ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus trib. pl. et omnibus, qui foedus spoponderant, dediti Samnitibus non sunt recepti. nec multo post fusis a Papirio Cursore Samnitibus et sub iugum missis receptisque sescentis equitibus Romanis, qui obsides dati erant, pudor flagitii prioris abolitus est. tribus duae adiectae sunt, Oufentina et Falerna. Suessa et Pontia coloniae deductae sunt. Appius Claudius censor aquam perduxit, viam stravit, quae Appia vocata est, libertinorum filios in senatum legit. ideoque quo-

1 Cursor *om. r* ‖ 3 occasione *Pr* | rei bene gerendae *r* ‖ 4 eius proeliatus est qui prospere *r* ‖ 7 causa parum *r* ‖ 11 et Sp. *r* | coss. *om. r* ‖ 12 Caudinas furculas *r* | arctum *Barberinianus* tacitum *NPΠ* iniquum *r* ‖ 12 nulla spes euadendi esset *r* ‖ 20 nec etiam multo postea *r* ‖ 23 prioris flagitii *r* ‖ 24 ofentina *N* osfentina *P* Offentina *Gronovianus: corr. Hertzius* | faleria *N* faleria est (est *expunxit m. 2*) *P* ‖ 25 pontias *N* (s *expunxit m. 2*) *P error natus ex Liv. 28, 7* Pontia *Πr* Pontiae *Aldina* ‖ 26 Claudiam *post* aquam *add. Aldina* ‖ 27 Ideo *Leidensis*

niam is ordo indignis inquinatus videbatur, sequentis anni coss. in senatu ⟨legendo⟩ observaverunt, quem ad modum ante proximos censores fuerat. res praeterea contra Apulos ⟨et⟩ Etruscos et Vmbros et Marsos et Paelignos et Aequos et Samnites, quibus foedus restitutum est, prospere gestas continet. C⟨n⟩. Flavius scriba, libertino patre natus, aedilis curulis fuit per forensem factionem creatus, quae cum comitia et campum turbaret et in his propter nimias vires dominaretur, a Q. Fabio censore in quattuor tribus redacta est, quas urbanas appellavit. eaque res Fabio Maximo ⟨nomen⟩ dedit. in hoc libro mentionem habet Alexandri, qui temporibus his fuit, et aestimatis populi R. viribus, quae tunc erant, colligit, si Alexander in Italiam traiecisset, non tam ei victoriam de populo R. fore quam de his gentibus, quas ad orientem imperio suo subiecerat.

EX LIBRO X

Coloniae deductae sunt Sora et Alba et Carsioli. Marsi in deditionem accepti sunt. collegium augurum ampliatum est, ut essent novem, cum antea quaterni fuissent. lex de provocatione ad populum a Murena cos. *ter*tio tunc lata est. duae tribus adiectae sunt, Aniensis et Terenti⟨n⟩a. Samnitibus bellum indictum est et adversus eos saepe prospere pugnatum est. cum

1 uidebatur inquinatus indignis *r* ‖ 2 censores *r* | senatum *NP* | legendo *om. NPΠ: add. r, an* citando*?, v. Liv. IX 30, 2* ‖ 3 ante per proximos *r* | obseruatum fuerat *r* | res praeterea — subiecerat *(17) del. Woelfflinus* ‖ 4 et *ante* Etruscos *add. Bergianus* | et *ter om. r* ‖ 5 et *ante* Equos *om. r* | erat restitutum *r* ‖ 6 C. Flauius *NΠ* Flauius *Pr* ‖ 11 quas urbanas appellauit *Guelferbytanus om. NPr* ‖ 12 nomen *om. NPΠ* | mensionem *r* ‖ 14 colligitur *Boendermakerianus r* ‖ 15 tam facilem *Gronovianus Sigonii vet. lib* tantam *Vossianus* eam*?* ‖ 19 Alba Carseoli *r* ‖ 22 M. Valerio *Livius X 9, 3* ‖ 23 pretio: *corr. Drakenborchius* | tunc primum *r* ‖ 24 terentia ‖ 25 est *om. r* | saepe *om. r*

adversus Etruscos Vmbros Samnites Gallos P. Decio et Q. Fabio ducibus pugnaretur et Romanus exercitus in magno discrimine esset, P. Decius, secutus patris exemplum, devovit se pro exercitu et morte sua victoriam eius pugnae populo R. dedit. Papirius Cursor Samnitium exercitum, qui de iureiurando obstrictus, quo maiore constantia virtutis pugnaret, in aciem descenderat, fudit. census actus est, lustrum conditum. censa sunt civium capita $\overline{\text{CCLXXII}}$ et CCCXX.

EX LIBRO XI

Cum Fabius Gurges cos. male adversus Samnites pugnasset et senatus de removendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc fili ignominiam eo maxime senatum movit, quod iturum se filio legatum pollicitus est, idque praestitit. eius consiliis et opera filius consul adiutus caesis Samnitibus triumphavit; C. Pontium, imperatorem Samnitium, ductum in triumpho, securi percussit. cum pestilentia civitas laboraret, missi legati, ut Aesculapi signum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui se in navem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportaverunt; eoque in insulam Tiberis egresso eodem loco aedis Aesculapio constituta est. L. Postumius consularis, quoniam, cum exercitui praeesset, opera militum in agro suo usus erat, damnatus est. pacem petentibus ⟨Samnitibus⟩ foedus quarto re-

2 pugnaretur Romanusque *r* ‖ 3 maximo *r* | esset discrimine *r* | exemplum patris *r* ‖ 6 de *om. Vossianus r* | abstrictus *Π* adstrictus *r* ‖ 7 suo maiore *NP* suo more *Π* ut maiore *Leidensis Gronovianus* suo quo maiore *r: corr. Sigonius ex vet. lib.* ‖ 9 ciuium *om. P* | milia ducenta sexaginta duo trecenta uiginti unum *Livius XI 47, 2* ‖ 14 iterum *NP* itenon *Π* ‖ 16 atque eius *r* ‖ 18 ciuitas pestilentia *r* ‖ 19 missis legatis: *corr. Leidensis* ‖ 22 deportauere *r* ‖ 23 sedes Aesculapii *r* | consecrata *Sigonii vet. lib.* ‖ 26 Samnitibus *om. NP: add. Boendermakerianus* hostibus *Guelferbytanus Leidensis*

novatum est. Curius Dentatus cos. Samnitibus caesis et Sabinis, qui rebellaverant, victis et in deditionem acceptis bis in eodem magistratu triumphavit. coloniae deductae sunt Castrum Sena Hadria. triumviri capitales tunc primum creati sunt. censu acto lustrum conditum est. censa sunt civium capita CCLXXII. plebs propter aes alienum *post* graves et longas seditiones ad ultimum secessit in Ianiculum, unde a Q. Hortensio dictatore deducta est; isque in ipso magistratu decessit. res praeterea contra Vulsinienses gestas continet, item adversus Lucanos, contra quos auxilium *Thuri*nis ferre placuerat.

EX LIBRO XII

Cum legati Romanorum a Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto, L. Caecilius praetor ab his cum legionibus caesus est. cum a Tarentinis classis Romana direpta esset, IIIro, qui praeerat classi, occiso, legati ad eos a senatu, ut de his iniuriis quererentur, missi pulsati sunt. ob id bellum his indictum est. Samnites defecerunt. adversus eos et Lucanos et Brittios et Etruscos aliquot proeliis a conpluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus, Epirotarum rex, ut auxilium Tarentinis ferret, in Italiam venit. cum in praesidium Reginorum legio Campana cum praefecto Decio Vibellio missa esset, occisis Reginis Regium occupavit.

7 propter graues *NP: corr. Sigonius ex vet. lib.* et graues *r, cf. Augustin. de civ. dei III 17* ‖ 11 tyrrhenis *N* tyrrinis *P: corr. Pighius, v. Plin. nat. hist. XXXIV 32, Valer. Max. I 8, 6, Dionys. Halic. XIX 13* ‖ 16 cum legionibus ab eis *r* ‖ 17 et duouiro *NP* duumviro N^2 duce *Vossianus r* ‖ 19 eis *r* ‖ 23 ferret Tarentinis *Pr* ‖ 25 Iubelio *r, v. Th. Mommsenus Unteritalische Dialekte p. 266 sq.* ‖ 26 regnum

EX LIBRO XIII

Valerius Laevinus cos. parum prospere adversus Pyrrhum pugnavit, elephantorum maxime inusitata facie territis militibus. post id proelium cum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem ⟨in⟩venit populabundusque ad urbem Romanam processit. C. Fabricius missus ad eum a senatu, ut de redimendis captivis ageret, frustra, ut patriam desereret, a rege temptatus est. captivi sine pretio remissi sunt. Cineas legatus a Pyrrho ad senatum missus petît, ut conponendae pacis causa rex in urbem reciperetur. de qua re cum ad frequentiorem senatum referri placuisset, Appius Claudius, qui propter valetudinem oculorum iam diu consiliis publicis se abstinuerat, venit in curiam et sententia sua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit. censa sunt civium capita CCLXXXVII CCXXII. iterum adversus Pyrrhum dubio eventu pugnatum est. cum Carthaginiensibus quarto foedus renovatum est. cum C. Fabricio consuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur venenum se regi daturum, cum indicio ad regem remissus est. res praeterea contra Lucanos et Bruttios, Samnites ⟨et⟩ Etruscos prospere gestas continet.

3 invisitata *Salmasius* ‖ 6 uenit *N (ineunte versu) P* | populabundosque *NP* populabundusque N^2r populabundus usque *Iahnius, sed v. p. 21, 9* ‖ 7 Romam *r* ‖ 8 a senatu *om. r* ‖ 12 dum *N* ‖ 14 inualitudinem *Vossianus r* | a consiliis *r* | se *om. r* ‖ 16 P. Domitius *r* ‖ 17 ciuium *om. P* ‖ 18 CCLXXXII *Guelferbytanus* CCLXXXVI *Boendermakerianus* CCLXXXVIII *alii* | CCXXVII *Guelferbytanus* ‖ 19 quartum *Vossianus et Boendermakerianus* ‖ 20 Nicias, qui *Iahnius, sed consulto epitomator nomen hominis tacuit, quia de eo ambigebatur, v. Gellius III 8, 4 et Ammian. XXX 1, 22* ‖ 22 se regi uenenum *r* ‖ 23 contra Etruscos: Lucanos: et Brutios et Samnites prospere *r* ‖ 24 et *om.*

EX LIBRO XIIII

Pyrrhus in Siciliam traiecit. cum inter alia prodigia fulmine deiectum esset in Capitolio Iovis signum, caput eius per haruspices inventum est. Curius Dentatus *cos.* cum dilectum haberet, eius, qui citatus non responderat, bona primus vendidit; iterum Pyrrhum ex Sicilia in Italiam reversum vicit et Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quod is X pondo argenti facti haberet. lustro a censoribus condito censa sunt civium capita CCLXXI CCXXIIII. cum Ptolemaeo, Aegypti rege, societas iuncta est. Sextilia, virgo Vestalis, damnata incesti viva defossa est. coloniae deductae sunt Posidonia et Cosa. Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit, quo facto ab his foedus violatum est. res praeterea contra Lucanos et Bruttios et Samnites feliciter gestas et Pyrrhi regis mortem continet.

EX LIBRO XV

Victis Tarentinis pax et libertas *d*ata est. legio Campana, quae Regium occupaverat, obsessa deditione facta securi percussa est. cum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam iuvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data est. coloniae deductae Ariminum in Piceno, Beneventum ⟨in Samnio⟩. tunc primum populus *R.* argento uti

5 ·is·cum: *correxi* ‖ 6 primus *om. r* bona primum, mox eum vendidit *Lipsius, an* primus *post* qui *transponendum?, cf. Valer. Max. VI 3,4* | item *Leidensis, sed Drakenborchius perspexit* iterum reversum *similiter dictum esse atque a Livio ipso IX 27, 1* rursus revocavit *et XLIII 20, 5* rursum reducit ‖ 9 is *om. Norvicensis r* | pondo decem argenti *Lovelianus r* ‖ 10 capita ciuium *r* ‖ 11 CCXXXIIII *Boendermakerianus* | ptolomaeo rege aegipti *P* ‖ 14 Mamertinis *Norvicensis r* ‖ 16 Lucanos: Samnites et Brutios *r* ‖ 17 regis *om. Norvicensis r* ‖ 19 nata *NPII* ‖ 23 est *om. r* ‖ 25 in Samnio *add. r* | populus pro argento

coepit. Vmbri et Sallen⟨tin⟩i victi in deditionem accepti sunt. quaestorum numerus ampliatus est, ut essent ⟨octo⟩.

EX LIBRO XVI

Origo Carthaginiensium et primordia urbis eorum referuntur. contra quos et Hieronem, regem Syracusanorum, auxilium Mamertinis ferendum senatus censuit, cum de ea re inter suadentes, ut id fieret, dissuadentesque contentio fuisset; transgressisque tunc primum mare equitibus Romanis adversus Hieronem saepius bene pugnatum. petenti pax data est. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita CCCLXXXII CCXXXIIII. Decimus Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris primus edidit. colonia Aesernia deducta est. res praeterea contra Poenos et Vulsin⟨i⟩os prospere gestas continet.

EX LIBRO XVII

Cn. Cornelius consul a classe Punica circumventus et per fraudem, veluti in conloquium evocatus, captus est. C. Duillius consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriae duxit triumphum. ob quam causam ei perpetuus quoque honos habitus est, ut revertenti a cena tibicine canente funale praeferretur. L. Cornelius consul in Sardinia et Corsica contra Sar-

1 caepit uti *P* | salleni *NP* Sallens *II* saleni *Guelferbytanus r* salerni *Leidensis alii* ‖ 3 octo *add. Sigonius* ut essent octo *om. Vossianus Norvicensis r* ‖ 5 eorum *om. r* ‖ 7 censuit senatus *r* ‖ 9 que *om. Boendermakerianus Norvicensis r* ‖ 10 exercitibus *Weissenbornius* ‖ 12 est *post* conditum *om. r* | CCCLXXXII · et · CCXXXIIII *P* CCCLXXXII · et · CCXXXIIII *P*^{2} CCCLXXII · milia · CCXXIIII · *r* ‖ 16 uulsinos *NP* Volscos *r* ‖ 19 uelut *N* ‖ 23 quoque *om. r* ‖ 24 tibicines canerent et *Norvicensis r* | furj *(exeunte versu) N* furiale *P: correxit Leidensis aliique recc.* ‖ 25 et Corsica *om. r*

dos et Corsos et Hannonem, Poenorum ducem, feliciter pugnavit. Atilius Cala*t*inus cos. cum in locum a Poenis circumsessum temere exercitum duxisset, M. Calpurni, tribuni militum, virtute et opera evasit, qui cum CCC militibus eruptione facta hostes in se converterat. Hannibal, dux Poenorum, victa classe, cui praefuerat, a militibus suis in crucem sublatus est. Atilius Regulus cos. victis navali proelio Poenis in Africam traiecit.

EX LIBRO XVIII

Atilius Regulus in Africa serpentem portentosae magnitudinis cum magna clade militum occidit, et cum aliquot proeliis bene adversus Carthaginienses pugnasset, successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per litteras ad senatum scriptas questus est, in quibus inter causas petendi successoris ⟨erat⟩, quod agellus eius a mercennariis desertus esset. quaerente deinde fortuna, ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur, arcessito a Carthaginiensibus Xanthippo, Lacedaemoniorum duce, victus proelio et captus est. res deinde a ducibus Romanis omnibus terra marique prospere gestas deformaverunt naufragia classium. Tib. Coruncan⟨i⟩us primus ex plebe pontifex maximus creatus est. *M'*. Valerius Maximus *P*. Sempronius Sophus censores cum senatum *l*egerent, XVI senatu moverunt. lustrum condiderunt,

2 calasinus | locum iniquum *Aldina* ‖ 5 conuertit *r* ‖ 10 consules *post* Regulus *add. Sigonii vet. lib., cf. Gellius VII (VI) 3* | portentuosae *Bergianus* ‖ 11 maxima militum clade *r* ‖ 13 ei *om. r* ‖ 14 missas scriptas *Leidensis* missas *r* ‖ 15 conquestus *r* ‖ 16 erat *om. N (exeunte versu) PΠ: add. Bergianus Boendermakerianus* fuit *add. Leidensis* ‖ 16 mercennariis diuastaretur *r* ‖ 21 deformauere *r* ‖ 22 coruncanus *NPΠ* ‖ 23 M. sempronius *post* est *delevi ex fastis Capitolinis, cf. CIL I² p. 24 ad annum 502 a. u.* | stofus (t *expunxit m. 2.?*) *N* Stophus *Π* ual. maximus. C. sempronius stofus. *P* Scopus: Valerius Maximus *r: corr. Sigonius ex fastis Capitolinis* ‖ 25 regerent *NPΠ: corr. r* | X · III · *Pr* XL *Guelferbytanus*

quo censa sunt civium capita $\overline{\text{CCXCVII}}$ DCCXCVII. Regulus missus a Carthaginiensibus ad senatum, ut de pace et, si eam non posset impetrare, de commutandis captivis ageret, et iureiurando adstrictus, rediturum se Carthaginem, si commutari captivos non placuisset, utrumque negandi auctor senatui fuit, et cum fide custodita reversus esset, supplicio a Carthaginiensibus de eo sumpto perît.

EX LIBRO XVIIII

Caecilius Metellus rebus adversus Poenos prospere gestis speciosum egit triumphum, XIII ducibus hostium et CXX elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher cos. contra auspicia profectus — iussit mergi pullos, qui cibari nolebant — infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit, et revocatus a senatu iussusque dictatorem dicere Claudium Gliciam dixit, sortis ultimae hominem, qui coactus abdicare se magistratu postea ludos praetextatus spectavit. A. Atilius Cala⟨ti⟩nus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. commutatio captivorum cum Poenis facta est. coloniae deductae sunt Fregenae, in agro Sallentino Brundisium. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita $\overline{\text{CCXLI}}$ CCXII. Claudia, soror P. Claudi, qui contemptis auspiciis male pugnaverat, a ludis revertens cum turba premeretur, dixit: utinam frater meus vi-

1 CCCXVI M·CCXCVII *Boendermakerianus* CCCXVII·milia·CCXCVII *r* ‖ 3 minime impetraret *r* | captiuis commutandis *r* ‖ 4 set *Iahnius* | astrictus est *r* ‖ 6 senatus ‖ 11 speciosissimum *r* ‖ 12 C·L·pulcher *N* CL. Pulcher *P* ‖ 13 iussis immergi pullis *Heinsii Elzeviriana* ‖ 16 cl. claucia *NP* C·Glauciam *r* Ilycian *Suetonii Tib. 2 Memmianus: corr. Sigonius ex fastis Capitolinis* Glyciam *Salmasius apud Suet.* ‖ 18 Atillius *P* | calanus *NPII* ‖ 19 cum Penis captiuorum commutatio *r* ‖ 21 Fregelle *Bergianus Guelferbytanus r* | et *ante* in *add. Iahnius* | brundusium *P* ‖ 22 capita ciuium *P* ‖ 23 CCXLI·ACCXII *N* $\overline{\text{CCXLI}}$·a·CCXII$^{\text{ti cim}}$ *(quae supra versum exstant, add. m. 2) P* ‖ 24 diuertens *r*

veret; iterum classem duceret. ob eam causam multa ei dicta est. duo praetores tunc primum creati sunt. Caecilius Metellus, pontifex maximus, *A.* Postumium consulem, quoniam idem et flamen Martialis erat, cum is ad bellum gerendum proficisci vellet, in urbe tenuit nec passus est a sacris recedere. rebus adversus Poenos a pluribus ducibus prospere gestis, summam victoriae C. Lutatius cos. victa ad Aegates insulas classe Poenorum imposuit. petentibus Carthaginiensibus pax data est. cum templum Vestae arderet, Caecilius Metellus, pontifex maximus, ex incendio sacra rapuit. duae tribus adiectae sunt, Velina et Quirina.

EX LIBRO XX

Falisci cum rebellassent, sexto die perdomiti in deditionem venerunt. Spoletium colonia deducta est. adversus Liguras tunc primum exercitus promotus est. Sardi et Corsi cum rebellassent, subacti sunt. *T*uccia, virgo Vestalis, incesti damnata est. bellum Illyriis propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum indictum est, subactique in deditionem venerunt. praetorum numerus ampliatus est, ut essent IIII. Galli transalpini, qui in Italiam inruperant, caesi sunt. eo bello populum R. sui Latinique nominis $\overline{D}$CCC armatorum habuisse dicit. exercitibus Romanis tunc primum trans Padum ductis Galli Insubres aliquot proeliis fusi

1 iterumque *Guelferbytanus r* | multata est *r* ‖ 3 aurelium postumium *NPII* ‖ 4 cum ille *r* ‖ 6 a *om. r* ‖ 7 prospere *om. r* | uictoriam ‖ 8 ad daegates *N* ‖ 9 finem bello imposuit *r* ‖ 12 Esquilina *r* ‖ 14 Falisci — uenerunt *in fine periochae libri* XVIIII *Leidensis Bergianus r* | domiti *r* ‖ 15 Spoletum *Boendermakerianus r* ‖ 16 Aduersum *r* | Ligures *r* ‖ 17 lucia *N* Luccia *PII* Tucia *r: corr. Sigonius ex vet. lib.* ‖ 18 Illyricis *r* ‖ 21—p. 25, 1 praetorum — uenerunt *bis scripsit N* ‖ 22 eruperant *r* | et bello *NP* et eo bello *Vossianus Leidensis* ‖ 23 populus romanus *r* ‖ 24 accc *NP: corr. Mommsenus* ad trecenta millia *Sigonii vet. lib.* | habuisse Fabius dicit *Mommsenus* dicitur *Guelferbytanus alii recc.* ‖ 25 fusi *om. r*

in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus cos. occiso Gallorum Insubrium duce, Vertomaro, opima spolia rettulit. Histri subacti sunt. iterum Illyrî cum rebellassent, domiti in deditionem venerunt. lustrum a censoribus *te*r conditum est. primo lustro censa sunt civium capita $\overline{\text{CCLXX}}$ CCXII**. libertini in quattuor tribus redacti sunt, cum antea dispersi per omnes fuissent, Esquilinam Palatinam Suburanam Collinam. ⟨C. Flaminius censor viam Flaminiam⟩ muniit et circum Flaminium exstruxit. coloniae deductae sunt in agro ⟨de⟩ Gallis capto Placentia et Cremona [in Italia].

EX LIBRO XXI

Belli Punici secundi *or*tum narrat et Hannibalis, ducis Poenorum, contra foedus per Hiberum flumen transitu*m*. a quo Saguntum, ⟨sociorum⟩ populi R. civitas obsessa, octavo mense capta est. de quibus iniuriis missi legati ad Carthaginienses, qui quererentur. cum satis facere nollent, bellum his indictum est. Hannibal superato Pyrenaeo saltu per Gallias, fusis

2 insubrium gallorum *r* | Virtomane *Propertii IV 10, 41 Neapolitanus* Viridomaro *r, cf. Servius ad Vergilii Aen. VI 855* ‖ 3 item *Boendermakerianus, v. p. 20, 6* | Illyrici *r* ‖ 5 per*: correxit Madvigius* bis *Gronovianus Leidensis alii recc.* quater *vel* ter *Mommsenus* | quo lustro *Guelferbytanus* ex quo *r* ‖ 6 CCLXX· a·CCXIII *P* $\overline{\text{CCLXX}}$ $\overset{\text{ti cim}}{\text{CCXIII}}$ P^2 $\overline{\text{CCLXX}}$, altero $\overline{\text{CCLXXIII}}$ *Niebuhrius* ‖ 7 per omnes *om. r* ‖ 9 C. Flaminius — Flaminiam *add. Sigonius* C. Flam. c. v. Fl. ab urbe Ariminum usque *Pighius ex mss.* ‖ 10 sunt *om. P recc.* ‖ 11 de *add. Frobenius* a *Bergianus Vossianus r* ex *Norvicensis* | in Italia *ab homine Galliae Cisalpinae immemore (cf. p. 1, 3) adscripta huc ab initio proximae periochae, ut I. Fr. Gronovius suadebat, transposui et seclusi* ‖ 13 Initia belli *Iahnius* | actum *NPII: corr. Leidensis* acta *r* facta ⟨in Hispania⟩ *Iahnius* | narratur *Leidensis Vossianus* narratur *r* ‖ 14 poenorum *r* | amnem *r* ‖ 15 transitus: *correxi* | saguntini *NP* saguntvm N^2 saguntus *r* Saguntinum *Woelfflinus* sociorum *ex Liv. XXI 6, 4 add. r* | ciuitas socia obsessa *Guelferbytanus* obsessa *om. r* ‖ 18 quoque *ante* cum *add. Π*

V*olc*is, qui obsistere conati erant e*i*, ad Alpes venit et laborioso per eas transitu, cum montanos quoque Gallos obvios aliquot proeliis reppulisset, descendit in Italiam et ad Ticinum flumen Romanos equestri proelio fudit. in quo vulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui Africani postea nomen accepit. iterumque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuso Hannibal Apenninum quoque permagn*a* vexatione militum propter vim tempestatium transiit. C⟨n⟩. Cornelius Scipio in Hispania contra Poenos prospere pugnavit duce hostium Magone capto.

EX LIBRO XXII

Hannibal per continuas vigilias in paludibus oculo amisso in Etruriam venit, per quas paludes quadriduo et tribus noctibus sine ulla requie iter fecit. C. Flaminius cos., homo temerarius, contra auspicia profectus signis militaribus effossis, quae tolli non poterant, et ab equo, quem conscenderat, per caput devolutus, insidiis ab Hannibale circumventus ad Thrasymennum lacum cum exercitu caesus est. sex milia, quae ⟨e⟩ruperant, fide ab Atherbale data, perfidia Hannibalis vincta sunt. cum ad nuntium cladis Romae luctus esset, duae matres ex insperato receptis filiis gaudio mortuae sunt. ob hanc cladem ex Sibyllinis libris ver sacrum votum. cum deinde Q. Fabius Maximus dictator adversus Hannibalem missus nollet acie cum eo confli-

1 uulscis*: corr. Sigonius ex vet. lib. om. r* | et ad *NP* et *om. Norvicensis r* ‖ 4 amnem *r* ‖ 8 permagnā uexationem *N* per magnam uexationem *P: corr. Iahnius* per maximam militum uexationem *r* ‖ 9 ·c· *NP Guelferbytanus* ‖ 11 Hannonem *appellat Liv. XXI 60, 5 sq.* ‖ 14 uenit in etruriam *r* ‖ 19 transimenum *Vossianus alii recc. r* ‖ 20 quæruperant *N* qua eruperant *P* ‖ 21 ab Attherbale *Π* a maharbale *Leidensis r* ‖ 23 et duae *NΠ, num* et *vim habet particulae* etiam*?* ‖ 24 *post* sunt *N add.* quod subito et nimio quis gaudio moriatur

gere, ne [contra] ferocem tot victoriis hostem adversus proeliis milites pugnare committeret, et opponendo se tantum conatus Hannibalis impediret, M. Minucius, magister equitum, ferox et temerarius, criminando dictatorem tamquam segnem et timidum effecit, ut populi iussu aequaretur ei cum dictatore imperium; divisoque exercitu cum iniquo loco conflixisset et in magno discrimine legiones eius essent, superveniente cum exercitu Fabio Maximo discrimine liberatus est. quo beneficio victus castra cum eo iunxit et patrem eum salutavit, idemque facere milites iussit. Hannibal vastata Campania inter Casilinum oppidum et Calliculam montem a Fabio clusus sarmentis ad cornua boum alligatis et incensis praesidium Romanorum, quod Calliculam insidebat, fugavit et sic transgressus est saltum. idemque Q. Fabi Maximi dictatoris, cum circumposita ureret, agro pepercit, ut illum tamquam proditorem suspectum faceret. Aemilio deinde Paulo et Terentio Varrone coss. et ducibus cum magna clade adversus Hannibalem ad Cannas pugnatum est, caesaque eo proelio Romanorum $\overline{\text{XLV}}$ cum Paulo cos. et senatoribus XC et consularibus aut praetoriis aut aediliciis XXX. post quae cum a nobilibus adulescentibus propter desperationem consilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui Africanus postea vocatus est, stricto supra capita deliberantium ferro iuravit pro hoste se habiturum eum, qui in verba

1 contra *insertum ab homine postpositionis* adversus *ignaro cancellis saepsi cf. thesaur. l. L. I 851, 16* | hostem territum *Aldina* | aduersis *Leidensis alii recc. r* ‖ 2 militem *r* | pugnae *Vossianus r* ‖ 3 tantummodo *r* ‖ 5 efficit *N* ‖ 6 ei imperium cum dictatore aequaretur *r* ‖ 7 in iniquum locum *r* | maximo *r* ‖ 11 facere iussit milites *P* milites facere commilitonibus iussit *r* ‖ 12 pasilianum *NP* Pasilinum *Π* Casilanum *Livi XXII 15, 3 Puteaneus m. 1* ‖ 14 callicula. insedebant *N* c. insedebat *P* quo Calliculam insederant? ‖ 16 Q. *om. N* ‖ 19 maxima *r* ‖ 22 xc consularibus atque *r* ‖ 23 postq. *N* post quam *Leidensis Bergianus* Post quam cladem *r* ‖ 25 qui postea Africanus nuncupatus *r* ‖ 26 super *r*

sua non iurasset, effecitque ut omnes non relictu⟨m⟩ iri a se Italiam iureiurando adstringerentur. propter paucitatem militum VIII servorum armata sunt. captivi, cum potestas esset redimendi, redempti non sunt. praeterea trepidationem urbis et luctum et res in Hispania meliore eventu gestas continet. Opim⟨i⟩a et Florentia, virgines Vestales, incesti damnatae sunt. Varroni obviam itum et gratiae actae, quod de re p. non desperasset.

EX LIBRO XXIII

Campani ad Hannibalem defecerunt. nuntius Cannensis victoriae, Mago, Carthaginem missus anulos aureos corporibus occisorum detractos in vestibulo curiae effudit, quos excessisse modii mensuram traditur. post quem nuntium Hannon, vir ex Poenis nobilibus, suadebat senatui Carthaginiensium, ut pacem a populo Romano peterent, nec tenuit obstrepente Barcina factione. Claudius Marcellus praetor ad Nolam, eruptione adversus Hannibalem ex oppido facta, prospere pugnavit. Casilinum a Poenis obsessum ita fame vexatum est, ut lora et pelles scutis detractas et mures inclusi essent. nucibus per Vulturnum amnem a Roma⟨nis⟩ missis vixerunt. senatus ex equestri ordine hominibus CXCVII suppletus est. L. Postumius praetor a Gallis cum exercitu caesus est. Cn. et P. Scipiones in Hispania Asdrubalem vicerunt et Hispaniam suam fecerunt. reli-

1 minime relictum *r* | relictuiri ‖ 2 paucitatem uero *r* ‖ 3 seruorum VIII milia *r* ‖ 4 praeterea — desperasset *suspectat Woelfflinus* ‖ 6 opima *NP* Oppia *Norvicensis r* | Floronia *Liv. XXII 57, 2* ‖ 7 uestales uirgines *Pr* ‖ 8 itum est: et *r* ‖ 11 defecere *r* ‖ 13 adigitis occisorum Romanorum *r* | fudit *r* ‖ 15 ex Poenis uir *r* | nobilissimus *Norvicensis r* ‖ 17 peteret et nec *N (2. et expunxit m. eadem)* peteret nec *P* ‖ 21 item mures *r* | inclusi *om. r* ‖ 22 et nucibus *Bergianus Boendermakerianus r* | nucibus — vixerunt *secunda manu adiecta esse dicit Iahnius* | a Roma, *sed v. Liv. XXIII 19, 12* ‖ 23 uixerint *Aldina*

quiae Cannensis exercitus in Siciliam relegatae sunt, ne decederent inde nisi finito bello. Sempronius Gracchus cos. Campanos cecidit. Claudius Marcellus praetor Hannibalis exercitum ad Nolam proelio fudit et vicit, primusque tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit. inter Philippum, Macedoniae regem, et Hannibalem societas iuncta est. praeterea in Hispania feliciter a Publio et ** ⟨T.⟩ Manlio praetore adversus Poenos res gestas continet, a quibus Hasdrubal dux et Mago et Hanno capti. exercitus Hannibalis per hiberna ita luxuriatus ⟨est⟩, ut corporis animique viribus enervaretur.

EX LIBRO XXIIII

Hieronymus, Syracusanorum rex, cuius pater Hiero amicus populi R. fuerat, ad Carthaginiensis defecit et propter crudelitatem superbiamque a suis interfectus est. Tib. Sempronius Gracchus procos. prospere adversus Poenos et Hannonem ducem ad Beneventum pugnavit servorum maxime opera, quos liberos esse iussit. Claudius Marcellus cos. in Sicilia, quae prope tota ad Poenos defecerat, Syracusas obsedit. Philippo, Macedonum regi, bellum indictum est, qui ad Apolloniam nocturno bello obpressus fugatusque Macedoniam cum prope inermi exercitu profugit. ad id bellum gerendum M. Valerius praetor missus. res praeterea in Hispania a. P. et Cn. Scipionibus adversus

2 recederent *r* | graecus ‖ 3 praetor] pro consule *Liv. XXIII 32, 2* ‖ 6 Macedonum *r* ‖ 8 Cn. Scipionibus, in Sardinia a *intercidisse putat Iahnius* | T. *omissum in NPΠr add. Aldina ex Liv. 34, 15* | praetoribus ‖ 9 a quibus — enervaretur *suspectat Woelfflinus* | a quo *Ascensius* ‖ 11 hyberna Capue ita *r* | est *om. NP, num* luxuriatust? | corporum uiribus atque animorum *r* ‖ 14 auus *Aldus e Liv. XXXIV 4, 1* ‖ 17 T. *r* ‖ 18 Annibalem *r* ‖ 23 praelio *r* | in *addidit r* ‖ 24 perfugit *r* ‖ 25 M. *om. Pr* | missus est *Vossianus alii recc.*

Carthaginienses gestas continet. a quibus Syphax, rex Numidiae, in amicitiam adscitus, qui a Masinissa, Massyliorum rege, pro Carthaginiensibus pugnante, victus in Hispaniam ad Scipionem cum magna manu transiit contra Gades, ubi angusto freto Africa et Hispania dirimuntur. Celtiberi quoque in amicitiam recepti sunt. quorum au*xil*iis adscitis tunc primum mercennarium militem Romana castra habuerunt.

EX LIBRO XXV

P. Cornelius Scipio, postea Africanus, ante annos aedilis factus. Hannibal urbem Tarenton praeter arcem, in quam praesidium Romanorum fugerat, per Tarentinos iuvenes, qui se noctu venatum ire simulabant, ce*p*it. ludi Apollinares ex Marci carminibus, quibus Cannensis clades praedicta fuerat, instituti sunt. a Q. Fulvio et Ap. Claudio coss. adversus Hannonem, Poenorum ducem, prospere pugnatum est. Tib. Sempronius Gracchus pro cos. ab hospite suo Lucano in insidias deductus a Magone interfectus est. Centenius Paenula, qui centurio militaverat, cum petisset a senatu, ut sibi exercitus daretur pollicitusque esset, si hoc impetrasset, de Hannibale victoriam, $\overline{\text{VIII}}$ acceptis militum dux factus conflixit acie cum Hannibale et cum

1 a quibus *om. r* | a quibus — habuerunt *(8) del. Woelfflinus* ‖ 2 Numidarum *r* | adscitus contra Masanissam Regem Massiliorum pro Carthaginiensibus pugnans *r* | Maesulios *vocat Liv. 48, 13* ‖ 3 in Maurusios cum *I. F. Gronovius e Livio 49, 5* ‖ 4 maxima *r* ‖ 6 Celtiberi — habuerunt *p. 29, 25 post* missus *habent NPr: transposuit Aldus, uncinis inclusit M. Muellerus* ‖ 7 auspiciis *NPΠ* ‖ 10 qui postea *Iahnius* | legitimos annos *r* ‖ 12 in quam — fugerat *om. r* | praesidium Romanorum fugerat *post* simulabant *NP: transposuit Sigonius vet. lib. secutus* ‖ 13 simulauerant *r* ‖ 14 petit | martiis *Boendermakerianus r* ‖ 15 aquefuluio *N* ‖ 17 T. *r* ‖ 19 ductus *r* | interemptus *r* ‖ 22 hoc *om. Iahnius* | $\overline{\text{VIII}}$ militibus (*ortum* ex millibus) acceptis militum ‖ 23 qui cum exercitu eum cecidit *r*

exercitu caesus est. Capua obsessa est a Q. Fulvio et Ap. Claudio coss. Cn. Fulvius praetor male adversus Hannibalem pugnavit. in quo proelio $\overline{XX}$ hominum ceciderunt; ipse cum equitibus CC effugit. Claudius Marcellus Syracusas expugnavit tertio anno et ingentem virum gessit. in eo tumultu captae urbis Archimedes intentus formis, quas in pulvere descripserat, interfectus est. P. et Cn. Scipiones in Hispania tot rerum feliciter gestarum tristem exit*um* tulerunt, prope cum totis exercitibus caesi anno octavo, quam in Hispaniam ierunt. amissaque eius provinciae possessio foret, nisi L. Marci, equitis Romani, virtute et industria contractis exercituum reliquiis, eiusdem hortatu bina castra hostium expugnata essent. ad $\overline{XXVII}$ caesa, †ex mille octingentos, praeda ingens capta. dux Marcius appellatus est.

EX LIBRO XXVI

Hannibal ad tertium lapidem ab urbe Roma super Anienem castra posuit. ipse cum duobus milibus equitum usque ad ipsam Capenam portam, ut situm urbis exploraret, obequitavit. et cum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit; nam cum in castra redisset, statim sere-

1 aquefuluio *(corr. m. 2)* et ab claudio *N* ‖ 3 *Liv. 21, 10* ut ex duodeviginti milibus hominum duo milia haut amplius evaserint ‖ 4 CC *om. N* ‖ 5 anno tertio *r* ‖ 6 se *ante* uirum *add. r* | urbis captae *r* ‖ 7 describebat P^1 *(corr. m. 2)* | defectus *in* interfectus *corr. N* ‖ 8 tot tantarumque *r* ‖ 9 exitium ‖ 10 sexto *Delrius* ‖ 11 ierant *Vossianus* iuerant *r* ‖ 14 XXXVII *Liv. 39, 12* ‖ 15 octingentis N^2Pr | captos ad mille octingentos triginta, praedam ingentem partam *Livius ibid.* cum mille octingentis *Hertzius* ad mille octingentos triginta capti, praeda i. parta *Sigonius, malim* circa m. o. et pr. i. c. ‖ 18 tertium ab urbe Roma lapidem *r* ‖ 19 Ipse uero *r* ‖ 20 ad portam Capenam *r* | Collinam *Perizonius Liv. 10, 3 secutus, v. tamen Valer. Max. III 7, 10* | urbis situm *r* ‖ 21 triduum] *sed v. Liv. 11, 3* ‖ 23 aliquid *ante* nam *intercidisse conicit Crevierus,* ea res in religionem vertit *supplet Hertzius ex Livii verbis (11, 4)* | rediissent *r*

nitas erat. Capua capta est a Q. Fulvio et Appio Claudio coss. principes Campanorum veneno sibi mortem consciverunt. cum senatus Campanorum deligatus esset ad palos, ut securi feriretur, litteras a senatu missas Q. Fulvius consul, quibus iubebatur parcere, antequam legeret, in sinu posuit et lege agi iussit et supplicium peregit. cum comitiis aput populum quaereretur, cui mandaretur Hispaniarum imperium, nullo id volente suscipere, P. Scipio, P. filius, eius qui in Hispania ceciderat, professus est se iturum, et suffragio populi consensuque omnium missus Novam Carthaginem expugnavit, cum haberet annos XXIIII videreturque divina stirpe, quia et ipse, postquam togam acceperat, cotidie in Capitolio erat, et in cubiculo matris eius anguis saepe videbatur. res praeterea gestas in Sicilia continet et amicitiam cum Aetolis iunctam bellumque gestum adversus Acarnanas et Philippum, Macedoniae regem.

EX LIBRO XXVII

Cn. Fulvius pro cos. cum exercitu ab Hannibale ad Her*d*oneam caesus est. meliore eventu ab Claudio Marcello cos. adversus eundem ad Numis*tr*onem pugnatum est. inde Hannibal nocte recessit. Marcellus insecutus est et subinde cedentem pressit, donec confligeret. priore pugna Hannibal superior, sequenti Marcellus. Fabius Maximus pater cos. Tarentinos per proditionem recepit. Claudius Marcellus T. Quintius Cris-

1 aquefuluio *(corr. m. 1 et 2) N* ‖ 3 consciuerunt mortem *r* ‖ 7 Cum in Comitiis *r* ‖ 9 eius *om. r* ‖ 11 uno die expugnauit *r* ‖ 12 cum ageret uicesimum quartum annum: *r* ‖ 13 creatus *post* stirpe *add. r* divinae stirpis *Drakenborchius* | quoniam *r* ‖ 15 sepenumero uisus est *r* ‖ 20 ad Herdoneam *Liv. XXVII 1, 6* adhieroniam *NP* ad Herioneam *Π om. r* | a *Vossianus r* ‖ 21 numisionem *NPΠ: corr. r ex Liv. 2, 4* ‖ 22 noctu *r* ‖ 23 donec effugeret *r* ‖ 24 superior fuit *r* | Marcellus sequenti *Leidensis alii recc.* | insequenti *r* ‖ 25 consul pater *r* | per deditionem accepit *Norvicensis r*

pinus cos. speculandi causa progressi e castris insidiis ab Hannibale circumventi sunt. Marcellus occisus, Crispinus fugit. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita CXXXVII CVIII; ex quo numero apparuit, quantum hominum tot proeliorum adversa fortuna populo R. abstulisset. in Hispania ad Baeculam Scipio cum Hasdrubale et Hamilcare conflixit et vicit. inter alia captum regalem puerum eximiae formae ad avunculum Masinissam cum donis dimisit. Hasdrubal, qui cum exercitu novo Alpes transcenderat, ut se Hannibali iungeret, cum milibus hominum LVI caesus est, capta V CCCC M. Livi cos. ductu, sed non minore opera Claudi Neronis cos., qui, cum Hannibali oppositus es⟨se⟩t, relictis castris ita, ut hostem falleret, cum electa manu profectus Hasdrubalem circumvenerat. res praeterea feliciter a P. Scipione in Hispania et a P. Sulpicio praetore adversus Philippum et A*chae*os ⟨gestas⟩ continet.

EX LIBRO XXVIII

Res in Hispania prospere gestae a Silano, Scipionis legato, et ab L. Scipione fratre adversus Poenos, a *P.* Sulpicio pro cos. socio Attalo, rege Asiae, adversus Philippum, regem Macedonum, pro Aetolis referuntur. cum M. Livio et *Claudio* Neroni coss. triumphus decretus esset, Livius, qui in provincia sua rem gesserat, quadrigis invectus est, Nero, qui in collegae provinciam, ut victoriam eius adiuvaret, venerat, equo secutus est, et in hoc habitu plus gloriae reverentiaeque

1 egressi *r* ‖ 2 occisus fuit. *r* ‖ 6 Betuliam *r* ‖ 7 conflixit euicit *NII* ‖ 8 puerum regalem *Pr* ‖ 9 misit *Leidensis Norvicensis r* remisit *Boendermakerianus* ‖ 11 coniungeret *r* ‖ 12 capta v cccc *Π om. r* | sed *om. r* ‖ 14 est | inimicum *r* ‖ 15 delecta *Boendermakerianus r* ‖ 16 feliciter *om. r* ‖ 17 ascreos: *corr. r* | gestas *add. r* ‖ 21 et ab Scipionis legato L. Scipione fratre *Roellius* | a. l. *P* a *N*: *correxi v. Liv. XXVIII 5, 1* ‖ 22 procos. attalo *P* proconsule et ab Attalo *r* ‖ 24 l. neroni *NPII* ‖ 26 est sequutus *r*

habuit; nam et plus in bello quam collega fecerat. ignis in aede Vestae neglegentia virginis, quae non custodierat, extinctus est; caesa est flagro. P. Scipio in Hispania cum Poenis ⟨de⟩bellavit XIIII anno eius belli, quinto post anno, quam ierat, *prae*clusisque in totum possessione provinciae eius hostibus Hispanias recepit; et a *Tarra*cone in Africam ad Syphacem, regem Massyliorum, transvectus foedus iunxit. Hasdrubal Gisgonis ibi cum eo in eodem lecto cenavit. munus gladiatorium in honorem patris patruique Carthagini nova ed*i*dit, non ex gladiatoribus, sed ex his, qui aut in honorem ducis aut ex provocatione descendebant; in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt. cum Gisia urbs obpugnaretur, oppidani liberos et coniuges rogo extructo occiderunt et se insuper praecipitaverunt. ipse Scipio, dum gravi morbo inplicitus est, seditionem in parte exercitus motam, confirmatus discussit rebellantesque Hispaniae populos coegit in deditione⟨m⟩ venire. et amicitia facta ⟨cum⟩ Masinissa, rege Numidarum, qui illi auxilium, si in Africam traiecisset, pollicebatur, ⟨cum⟩ Gaditanis quoque post discessum inde Magonis, cui Carthagine scriptum erat, ut in Italiam traiceret, Romam reversus consulque creatus. Africam provinciam petenti contradicente Q. Fabio Maximo Sicilia data est, permissumque ut in Africam traiceret,

1 nam — fecerat *mihi suspecta* ‖ 3 ipsa caesa *Guelferbytanus* uirgo cesa *r* ‖ 4 bellauit: *corr. Frobenius* ‖ 5 anno quinto postquam *r* | perclusisque *NPΠ: corr. Leidensis Vossianus* exclusisque *Bergianus r* ‖ 6 prouinciae *om. Pr* | hispaniam *Pr* ‖ 7 et atharcone *NPΠ* ab Carthagine *Liv ibid. 17, 12* | a *om. r* ‖ 8 masaesyliorum *vel* masaesulorum *Livii codd. 17, 5* | Regem Numidarum duobus nauigiis transuectus: *r* ‖ 10 nouaededit *NP*: *corr. Drakenborchius, v. p. 21, 14 et Liv. 21, 1* ‖ 12 in certamen descendebant *r* ‖ 14 gigia *Vossianus* Gytchia *r* Astapa *Livius 22, 2, Appian. Iber. 33* | ab Romanis oppugnaretur *r* ‖ 16 esset *r* ‖ 18 deditione ‖ 19 facta est *r* | cum *add. r* ‖ 20 illi quidem axilium *r* | pollicebatur. Deinde romam *(omissis mediis) Gronovianus* ‖ 22 cum *NPΠ* cui ex *r*

si *id e* re p. esse censeret. Mago, Hamilcaris filius, a minore Baleari insula, ubi hiemaverat, in Italiam traiecit.

EX LIBRO XXVIIII

Ex Sicilia C. *L*aelius in Africam a Scipione missus ingentem praedam reportavit et mandata Masinissae Scipioni exposuit querentis, quod nondum exercitum in Africam traiecisset. bellum in Hispania finitum victore Romano, quod Indebilis excitaverat; ipse in acie occisus, Ma⟨n⟩donius exposcentibus Romanis a suis deditus. Magoni, qui A⟨l⟩bingauni in Liguribus erat, ex Africa et militum ampla manus missa et pecuniae, quibus auxilia ⟨con⟩*duc*eret, praeceptumque, ut se Hannibali coniungeret. Scipio a Syracusis in Bruttios traiecit et Locros pulso Punico praesidio fugatoque Hannibale recepit. pax cum Philippo facta est. mater Idaea deportata est Romam a Pessinunte, oppido Phrygiae, carmine in libris Sibyllinis invento, pelli Italia alienigenam hostem posse, si mater Idaea deportata Romam esset. tradita est autem Romanis per Attalum, regem Asiae. lapis erat, quem matrem deum incolae dicebant. excepit P. Scipio Nasica Cn. filius, eius qui in Hispania perierat, vir optimus a senatu iudicatus, adulescens nondum quaestorius, quoniam ita responsum iubebat, ut id numen ab optimo viro exciperetur consecraretur-

1 si de re $NP^2\Pi r$ sidere *P:* id *add. Leidensis* ‖ 2 hyemarat: *r* ‖ 5 c. caecilius *NP* Caecilius *Π* ‖ 7 conquerentis *r* | non *r* ‖ 9 Indibilis *r Liv. XXVIII 24, 3, alibi, sed XXVIIII 2, 14* Indebilis *est in Puteaneo* ‖ 10 madonius *NP* Mandonius *Liv. ubique* ‖ 11 abingauni in liguribus erat *NΠ* in galauni in liguribus e. *P: corr. Iahnius* in Albingaunis Liguribus *Crevierius, cf. Liv. 5, 3 et Thes. ling. Lat. v. Album Ingaunum* in gallia in liguribus erat *Leidensis alii recc.* in Galliam et Liguriam ierat: *r* ‖ 13 doceret *NPΠ: corr. r ex Liv. 5, 8* ‖ 14 iungeret *r* ‖ 16 Idea Mater *r* ‖ 20 autem est *r* ‖ 21 *verba* lapis — dicebant *pro interpolatis haberi vetat Liv. XXVIIII 11, 7* ‖ 24 habebatur *r* ‖ 25 numen id *r* | reciperetur *r*

que. Locrenses legatos Romam miserunt, qui de inpotentia Plemini legati quererentur, qui pecuniam Proserpinae sustulerat et liberos eorum ac coniuges stupraverat. in catenis Romam perductus in carcere est mortuus. cum falsus rumor de P. Scipione pro cos., qui in Sicilia erat, in urbe⟨m⟩ perlatus esset, tamquam is luxuriaretur, missis ob hoc legatis a senatu, qui explorarent, an ea vera essent, purgatus infamia Scipio in Africam permissu senatus traiecit. Syphax accepta in matrimonium filia Hasdrubalis Gisgonis amicitia*m*, quam cum Scipione iunxerat, renuntiavit. Masinissa, rex Massyliorum, dum pro Carthaginiensibus in Hispania militat, amisso patre Gala de regno exciderat. quo per bellum saepe repetito aliquod proeliis a Syphace, rege Numidarum, victus in totum privatus est, et cum CC equitibus exsul Scipioni se iunxit et cum eo primo statim bello Hannonem, Hamilcaris filium, cum ampla manu occidit. Scipio adventu Hasdrubalis et Syphacis, qui prope cum centum milibus armatorum venerant, ab obsidione Vticae depulsus hiberna communiit. Sempronius cos. in agro Crotoniensi prospere adversus Hannibalem pugnavit. inter censores, M. Livium et Claudium Neronem, notabilis discordia fuit. nam et Claudius collegae ecum ademit, quod a populo damnatus actusque in exilium fuerat, et Livius Claudio, quod falsum in se testimonium dixisset et quod non bona fide secum in gratia⟨m⟩ redisset. idem omnes tribus extra unam aerarias reliquit, quod et innocentem

1 inpudentia *N* impudentia *PΠ: corr. Frobenius, v. p. 49, 23 et Liv. 8, 8* ‖ 2 ·p·lemini ‖ 3 abstulerat *r* | et *r* ‖ 4 qui in catenis *Boendermakerianus* is in catenis *Guelferbytanus* Pleminius in Cathenis *r* ‖ 5 mortuus est *r* ‖ 6 urbe ‖ 7 is *om. r* ibi *Bergianus* ‖ 9 traiecit senatus permissu *r* | accepta filia in matrimonium *r* ‖ 10 amicitiae*: corr. Boendermakerianus* ‖ 11 ipse iunxerat *r* ‖ 12 Carthagine *r* ‖ 13 galade *NP* (gala *supra versum m. 2.)* ‖ 18 cecidit *Π Leidensis* interemit *r* ‖ 21 protoniensi *NP* (*supra* pro *m. 2.* uel cro) *Π* ‖ 24 cl. collegae *NP* liuio collegae *r* ‖ 26 minime bona *r* ‖ 27 gratia *NPΠ*

se damnassent et post⟨h⟩ac consulem censoremque fecissent. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita CCXIIII.

EX LIBRO XXX

⟨Scipio⟩ in Africa Carthaginienses et eundem Syphacem, Numidiae regem, Hasdrubalemque pluribus proeliis vicit adiuvante Masinissa, bina hostium castra expugnavit, in quibus XL hominum ferro ignique consum*pta* sunt. Syphacem per C. Laelium et Masinissam cepit. Masinissa Sophonibam, uxorem Syphacis, filiam Hasdrubalis, captam statim adamavit et nuptiis factis uxorem habuit; castigatus a Scipione venenum ei misit, quo illa hausto decessit. effectumque multis Scipionis victoriis, ut Carthaginienses in desperationem acti in auxilium publicae salutis Hannibalem evocarent. is-que anno XVI Italia decedens in Africam traiecit temptavitque per conloquium pacem cum Scipione conponere, et cum de condicionibus pacis non convenisset, acie victus est. pax Carthaginiensibus petentibus data est. Hannibal Gisgonem pacem ⟨dis⟩suadentem manu sua detraxit, excusata deinde temeritate facti ipse pacem suasit. Masinissae regnum restitutum est. reversus in urbem Scipio amplissimum nobilissimumque egit triumphum, quem Q. Terentius Culleo senator pilleatus secutus est. Scipio Africanus incertum militari prius

1 et quod postea *r* | postac *N* postea N^2P ‖ 5 Scipio *ante* in *add. Iahnius, post* Hasdrubalem *Boendermakerianus, post* uicit *Leidensis, post* Africa *r* ‖ 6 Numidarum *r* ‖ 7 binaque *r* ‖ 8 consummata *NΠ* ‖ 9 et masinissam *om. Norvicensis r* ‖ 10 sofonibam *P* sofonsibam *N*, *similiter variant Livii codd. XXX 12, 11; 15, 4; 7,* Sophanuba *habet lapis CIL XIV 3948, Σοφωνίβα vel Σοφονίβα vel Σοφωνίς Appianus Pun. 27 sq. et Cass. Dio XVII frgm. 57, 51* ‖ 12 castigatusque *r* | transmisit quo quidem *r* ‖ 13 hausto illa *r* | effectumque est *r* ‖ 15 ex Italia reuocarent *r v. Liv. XXX 19, 12* | idque: *corr. r* itaque *Iahnius* ‖ 16 discedens *r* ‖ 19 data est petentibus *r* ‖ 20 suadentem *NPΠ: corr. r ex Liv. 37, 7*

favore an populari aura ita cognominatus sit. primus certe hic imperator victae nomine a se gentis nobilitatus est. Mago bello, quo in agro Insubrum cum Romanis conflixerat, vulneratus, dum in Africam per legatos revocatus revertitur, ex vulnere mortuus est.

EX LIBRO XXXI

Belli adversus Philippum, Macedoniae regem, quod intermissum erat, repetiti causae referuntur hae. tempore initiorum duo iuvenes Acarnanes, qui non erant initiati, Athenas venerunt et in sacrarium Cereris cum aliis popularibus suis intraverunt. ob hoc, tamquam summum nefas commisissent, ab Atheniensibus occisi sunt. Acarnanes mortibus suorum commoti ad vindicandos illos auxilia a Philippo petierunt et Athenas obpugnaverunt, Athenienses auxilium a Romanis petierunt post pacem Carthaginiensibus datam [quadringentesimo anno ab urbe condita] paucis mensibus. [coeptum est autem anno quingentesimo quinto.] cum Atheniensium, qui a Philippo obsidebantur, legati auxilium a senatu petissent, et id senatus ferendum cen-

2 a se nomine *r* ‖ 3 bello qui *NP* qui bello *Leidensis* insubrium *(posterior* i *infra versum m. 1.) N, sed v. Liv. XXX 18,1* ‖ 5 reuerteretur *Gronovianus r* ‖ 8 feruntur *r* ‖ 9 acarnanis ‖ 11 pluribus *Boendermakerianus r* ‖ 12 caesi *r* ‖ 13 uindicandum *r* ‖ 14 auxilium *r, sed v. Liv. 14, 9* ‖ 16 quadringentesimo — condita *uncinis saepsi* | ab — condita *om. Π seclusit Iahnius* | quadragentesimo (i *supra 2.* a *m. 1.) N* quingentesimo *r* quadragesimo *Iahnius* ‖ 18 coeptum — quinto *seclusit Iahnius* paucis mensibus post pacem Cartaginiensibus datam. a primo autem punico ad secundum bellum finitum sexaginta tres fuere anni. Cum igitur legati atheniensium: qui *Gronovianus* paucis mensibus: porta Iani clausa. Ceptum est *r cf. Liv. XXXI 5, 1* coeptum est autem anno quingentesimo quadragensimo ab urbe condita, post pacem Carthaginiensibus datam paucis mensibus *Weissenbornius* post pacem Carthaginiensibus datam paucis mensibus coeptum est, ab urbe condita autem anno quingentesimo quinquagesimo *Hertzius* ‖ 19 obsidebantur a Philippo *r* ‖ 20 id censuisset ferendum *r*

suisset plebe, quod tot bellorum continuus labor gravis erat, dissentiente, tenuit auctoritas patrum, ut sociae civitati ferri opem populus quoque iuberet. id bellum P. Sulpicio cos. mandatum est, qui exercitu in Macedonia⟨m⟩ ducto equestribus proeliis prospere cum Philippo pugnavit. Aboedeni a Philippo obsessi ad exemplum Saguntinorum suos seque occiderunt. L. Furius praetor Gallos Insubras rebellantes et Hamilcarem Poenum bellum in ea parte Italiae molientem acie vicit. Hamilcar eo bello occisus est et milia hominum XXXV. praeterea expeditiones Philippi regis et Sulpici cos. expugnationesque urbium ab utroque factas continet. Sulpicius cos. bellum gerebat adiuvantibus rege Attalo et Rhodiis. triumphavit de Gallis L. Furius praetor.

EX LIBRO XXXII

Conplura prodigia ex diversis regionibus nuntiata referuntur, inter quae in Macedonia in puppe longae navis lauream esse natam. T. Quintius Flamininus cos. adversus Philippum feliciter pugnavit in faucibus Epiri fugatumque coegit in regnum reverti. ipse Thessaliam, quae est vicina Macedoniae, sociis Aetolis et Athamanibus vexavit, L. Quintius Flamininus, frater consulis, navali proelio Attalo rege et Rhodîs adiuvantibus Euboeam et maritimam oram. Achaei in amicitiam recepti sunt. praetorum numerus ampliatus est, ut

1 quot (d *supra expunctam* t *m. 1.*) *NP* cui *Iahnius,* quoi *?* ‖ 3 ferre quoque opem populus*: corr. Leidensis* | ducto *ante* iuberet *add. P expunxit* P^2 | Idque (que *expunxit m. 2*) *P* | bellum id *r* ‖ 4 macedonia ‖ 5 cum philippo prospere *r* ‖ 6 atheni N^2 *supra versum* Aberedini *Gronovianus* Abydeni*r* Aboedos *Solinus XXXII 41* ‖ 8 Insubres *r* ‖ 9 italiae *om. Pr* ‖ 10 eo in bello *r* ‖ 11 praeterea — praetor *(14) suspectat Woelfflinus* ‖ 13 bellum gerebat *post* Rhodiis *ponit r* ‖ 21 acarnanibus *Norvicensis r* ‖ 22 consulis frater *Leidensis r* ‖ 23 nauali proelio *om. Gronovianus* ‖ 24 oram traiectus Eretriam expugnauit *Gronovianus* oram cepit *r aliquid post* oram *intercidisse putat Iahnius*

seni crearentur. coniuratio servorum facta de solvendis Carthaginiensium obsidibus oppressa est, duo milia D necati. Cornelius Cethegus cos. Gallos Insubres proelio fudit. cum Lacedaemonîs et tyranno eorum Nabide amicitia iuncta est. praeterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.

EX LIBRO XXXIII

T. Quintius Flamininus procos. cum Philippo ad Cyno⟨s⟩ce*ph*alas in Thessalia acie victo debellavit. L. Quintius Flamininus, ille frater procos., Acarnanas, Leucade urbe, quod caput est Acarnanum, expugnata, in deditionem accepit. pax petenti Philippo Graecia liberata data est. Attalus ab Thebis ob subitam valetudinem Pergamum translatus decessit. C. Sempronius Tuditanus praetor ab Celtiberis cum exercitu caesus est. L. Furius Purpurio et Claudius Marcellus coss. Boios et Insubres Gallos subegerunt. Marcellus triumphavit. Hannibal frustra in Africa bellum molitus et ob hoc Romanis per epistulas ⟨ab⟩ adversae factionis principibus delatus propter metum Romanorum, qui legatos ad senatum Carthaginiensium de eo miserant, profugus ad Antiochum, Syriae regem, se contulit bellum adversus Romanos parantem.

1 senio: *corr. Gronovianus* ‖ 2 Carthaginiensibus *r* | D *om. P Gronovianus r, Liv. XXXII 26, 16* praetor . . de quingentis fere hominibus . . . . . supplicium sumpsit ‖ 3 necati sunt *r* ‖ 8 cynocefalas *N* cino cefalas *P* ‖ 10 ille *om. Gronovianus r* ‖ 11 quae *Vossianus* | Acarnaniae *Norvicensis r* ‖ 12 Graeciae libertas *r* | libera *P* libertati $N^2\Pi$ ‖ 13 a thebis *r* ‖ 14 *haec aliter tradit Liv. XXXIII 25, 9, congruit Orosius IV 19, 10* ‖ 16 Purpurio *om. r* ‖ 19 ab *om. NPr: add. Iahnius* | principum *r* principium *Guelferbytanus* ‖ 21 carthaginiensium senatum *r* ‖ 22 regem syriae *r* | contra *r*

EX LIBRO XXXIIII

Lex Oppia, quam *C.* Oppius trib. pl. bello Punico de fiṇiendis matronarum cultibus tulerat, cum magna contentione abrogata est, cum Porcius Cato auctor fuisset, ne ea lex aboleretur. is in Hispaniam profectus bello, quod Emporîs orsus est, citeriorem Hispaniam pacavit. T. Quintius Flamininus bellum adversus Lacedaemonios et tyrannum eorum, Nabidem, prospere gestum data his pace, qualem ipse volebat, liberatisque Argis, qui sub dicione tyranni erant, finît. res praeterea in Hispania et adversus Boios et Insubres Gallos feliciter gestae referuntur. senatus tunc primum secretus a populo ludos spectavit. ⟨id⟩ ut fieret, Sextus Aelius Paetus et *C.* Cornelius Cethegus censores intervenerunt cum indignatione plebis. coloniae plures deductae sunt. M. Porcius Cato ex Hispania triumphavit. T. Quintius Flamininus, qui Philippum, Macedonum regem, et Nabidem, Lacedaemoniorum tyrannum, vicerat Graeciamque omnem liberaverat, ob hoc [rerum factarum multitudinem] triduo triumphavit. legati Carthaginiensium nuntiaverunt Hannibalem, qui ad Antiochum confugerat, bellum cum eo moliri. temptaverat autem Hannibal per Aristonem Tyrium sine litteris Carthaginem missum ad bellandum Poenos concitare.

2 CN. oppius *N* CN. poppius *P: corr. Aldina* | bello Punico II *Sigonius* ‖ 3 defingendis*: corr. Gronovianus* de stringendis *Guelferbytanus r* | cultibus matronarum *r* | maxima *r* ‖ 6 emptoris (t *expunxit m. 1.*) *N* Emporius *r* | *ante* citeriorem *quaedam intercidisse putabat Iahnius* ‖ 9 uoluit *r* ‖ 10 res — concitare *(vers. 24) del. Woelfflinus* ‖ 11 atque *r* | bolos *NPΠ: corr. Gronovianus* ‖ 13 id *ante* ut *add. Iahnius, post* ut *r* ‖ 14 L. cornelius*: corr. Sigonius* ‖ 16 de Hispania *Pr* ‖ 19 hanc *r* ‖ 20 rerum factarum multitudinem *seclusi* | gestarum *Frobeniana* ‖ 23 Hannibal *om. r* ‖ 24 rebellandum *r*

EX LIBRO XXXV

P. Scipio Africanus legatus ad Antiochum missus Ephesi cum Hannibale, qui se Antiocho adiunxerat, conlocutus est, ut, si fieri posset, metum ei, quem ex populo R. conceperat, eximeret. inter alia cum quaereret, quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondit Alexandrum, Macedonum regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset quodque ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. quaerenti deinde, quem secundum poneret, Pyrrhum, inquit, castra metari primum docuisse, ad hoc neminem loca elegantius cepisse, praesidia disposuisse. exsequenti, quem tertium diceret, semet ipsum dixit. ridens Scipio: quidnam tu diceres, inquit, si me vicisses? tunc vero me, inquit, et ante Alexandrum et ante Pyrrhum et ante alios posuissem. inter alia prodigia, quae plurima fuisse traduntur, bovem Cn. Domitii cos. locutam: Roma cave tibi, refertur. Nabis, Lacedaemoniorum tyrannus, incitatus ab Aetolis, qui et Philippum et Antiochum ad inferendum bellum populo R. sollicitaba⟨n⟩t, a populo R. descivit, sed bello adversus Philopoemenen, Achaeorum praetorem, gesto ab Aetolis interfectus est. Aetoli quoque ab amicitia populi R. defecerunt. cum societate iuncta Antiochus, Syriae

1 EX LIB. XXXV *post* posuissem *vers. 16 ponunt NPΠr: corr. Aldina* ‖ 2 Legatus missus ad Antiochum *r* ‖ 3 iunxerat *r* ‖ 4 metum uitae quam *r* ‖ 5 quereretur ab Annibale *Norvicensis r* ‖ 6 hannibal *om. r* ‖ 9 supra fidem *r* ‖ 11 inquit Pyrrhum *r* | eo quod castra *Vossianus r* | docuisset *r* | ad huc *Vossianus* ad haec *r* ‖ 12 elegantius loca *r* ‖ 13 duceret *Dukerus* | ipsum *om. Norvicensis r* ipse *Π* ‖ 14 si me inquit *r* | inquit me *Boendermakerianus r* ‖ 16 interea prodigia *Vossianus Norvicensis r* inter cetera prodigia *Leidensis* ‖ 17 Domitio consule *Norvicensis r* | locutum *r* ‖ 18 *ante* roma *supra versum* s. sic N^2 Roma caue tibi *in marg. add.* P^2 ‖ 20 sollicitabat: *corr. r* ‖ 21 desciuisse et bellum *NP* desciuisset bello N^2: *correxi* desciuit. Et *r* cum a — desciuisset, bello *Iahnius* ‖ 22 etholis et Alexameno duce eorum *Gronovianus* ‖ 24 cum quibus societate *Guelferbytanus r* socie-

rex, bellum Graeciae intulisset, complures urbes occupavit, inter quas Chalcidem et totam Euboeam. res praeterea in Liguribus gestas et adparatum belli ab Antiocho continet.

EX LIBRO XXXVI

Acilius Glabrio cos. Antiochum ad Thermopylas Philippo rege adiuvante victum Graecia expulit idemque Aetolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica cos. aedem matris deum, quam ipse in Palatium intulerat, vir optimus a senatu iudicatus, dedicavit. idemque Boios Gallos victos in deditionem accepit, de his triumphavit. praeterea navalia certamina prospera adversus praefectos Antiochi regis referuntur.

EX LIBRO XXXVII

L. Cornelius Scipio cos. legato Scipione Africano fratre (qui se legatum fratris futurum dixerat, si ei Graecia provincia decerneretur, cum C. Laelio, qui multum in senatu poterat, ea provincia dari videretur) profectus ad bellum adversus Antiochum regem gerendum, primus omnium Romanorum ducum in Asia⟨m⟩ traiecit. Regillus adversus regiam classem Antiochi feliciter pugnavit ad Myonnesum Rhodîs iuvantibus. filius Africani captus ab Antiocho patri remissus est. victo deinde Antiocho ab L. Cornelio Scipione adiuvante Eumene, rege Pergami, Attali filio, pax data est ea condicione, ut omnibus provinciis citra Taurum

tate cum his *Hertzius* || 1 rex cum *Guelferbytanus r* || 2 calchidem *N Guelferbytanus* colchidem *P* || 3 bellum *O. Rossbachius* || 6 Attilius *Vossianus r* M. Acilius *Frobenius* Man. Acilius *Sigonius* | apud *r* || 10 uir — iudicatus *suspecta Kornemanno, cf. p. 35, 23* | itemque || 11 Boios et Gallos *Boendermakerianus r* | et de iis *r* || 15 P. Scipione *r* || 19 regem *om. r* | gerendum in Asiam primus *r* || 20 asia *NPΠ* || 21 Emilius Regillus *r* || 22 adiuuantibus *r* || 23 ab antiocho captus *r* || 24 a *Boendermakerianus r* || 25 attali pergami *NPΠ* Attali Pergameni *r* | est *om. r*

montem cederet. L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho debellaverat, cognomine fratri exaequatus Asiaticus appellatus. colonia deducta est Bononia. Eumenis, quo iuvante Antiochus victus erat, regnum ampliatum. Rhodîs quoque, qui et ipsi iuverant, quaedam civitates concessae. Aemilius Regillus, qui praefectos Antiochi navali proelio devicerat, navalem triumphum deduxit. *M'*. Acilius Glabrio de Antiocho, quem Graecia expulerat, et de Aetolis triumphavit.

EX LIBRO XXXVIII

M. Fulvius cos. in Epiro Ambracienses obsessos in deditionem accepit, Cephallaniam subegit, Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius cos., collega eius, Gallograecos, Tolostobogios et Tectosa*gos* et Trocmos, qui Brenno duce in Asiam transierant, cum soli citra Taurum montem non apparerent, vicit. eorum origo, et quo *modo* ea loca, quae tenent, occupaverint, refertur. exemplum quoque virtutis et pudicitiae in femina traditur. quae cum regis Gallograecorum uxor fuisset, capta centurionem, qui ei vim intulerat, occidit. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita $\overline{\text{CCLVIII}}$ CCCX. cum Ariarathe, Cappadociae rege, amicitia iuncta est. Cn. Manlius contradicentibus X legatis, ex quorum consilio foedus cum Antiocho conscripserat, de Gallograecis acta pro se in senatu causa

2 coaequatus *r* ‖ 3 appellatus est *r* | colonia — Bononia *post* concessae *vs. 6 ponit Iahnius* ‖ 7 nauali certamine uicerat *r* ‖ 8 reduxit *P* duxit *r* | M. *NP Gronovianus r* ‖ 11 L. Fuluius *r* | per deditionem *r* ‖ 12 Cephaleniam *r* ‖ 14 tolos. bogios *N* tholos bogios *P* Stolostobogios *Π* | toctosagios *N* toctos agyos *P* | troctnos *P* ‖ 16 minime *r* | parerent *r, sed v. Thesaur. l. L. II 268, 1* ‖ 17 quoniam *N* qm̃ *P Vossianus* quando *Sigonii vet. lib.* quem ad modum *Leidensis: corr. Iahnius* | occupaueruntque *r* | referuntur *Norvicensis r* ‖ 19 fuit *P* fuerit *Vossianus Boendermakerianus* fuerat *r* ‖ 22 CCLVIII milia CCCXXX *Boendermakerianus r* | rege cappadociae *Boendermakerianus r* ‖ 25 per se *r* | causa in senatu *P Vossianus Norvicensis r*

triumphavit. Scipio Africanus die ei dicta, ut quidam tradunt, a *Q.* Petilio tr. pl., ut quidam, a Naevio, quod praeda ex Antiocho capta aerarium fraudasset, postquam is dies venit, evocatus in rostra: hac die, inquit, Quirites, Carthaginem vici, et prosequente populo Capitolium escendit. inde ne amplius tribuniciis iniuriis vexaretur, in voluntarium exilium ⟨Liternum⟩ concessit. incertum ibi an Romae defunctus sit; nam monumentum eius utrobique fuit. L. Scipio Asiaticus, frater Africani, eodem crimine peculatus accusatus damnatusque cum in vincula et carcerem duceretur, Tib. Sempronius Gracchus tr. pl., qui antea Scipionibus inimicus fuerat, intercessit et ob id beneficium Africani filiam duxit. cum quaestores in bona eius publice possidenda mis⟨s⟩i ⟨e⟩ssent, non modo in his ullum vestigium pecuniae regiae apparuit, sed nequaquam tantum redactum, quantae summae erat damnatus. conlatam a cognatis et amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit; quae necessaria ei erant ad cultum, redempta.

EX LIBRO XXXVIIII

M. Aemilius cos. Liguribus subactis viam Placentia usque Ariminum productam Flaminiae iunxit. initia luxuriae in urbem introducta ab exercitu Asiatico referuntur. Ligures, quicumque citra Appenninum erant, subacti sunt. Bacchanalia, sacrum Graecum et noctur-

2 aiunt *r* | a. p. petilio *NPΠ* a Petilio Acteio *r: corr. Sigonius ex vet. lib.* ‖ 3 posteaquam *Aldina* ‖ 5 quicaptes ‖ 6 ascendit N^2 *P* (a *in ras. m. 2*) *r* ‖ 7 Liternum *om. NP Vossianus: add. Gronovianus r, an ante* incertum *legebatur?* ‖ 8 sit *om. r* | eius monumentum *r* ‖ 10 peculatus crimine *r* ‖ 13 erat *r* ‖ 14 cum populus quaestores *r* cum praetor quaestores *Sigonius* | misissent *NPΠ Gronovianus Vossianus* misisset *r: corr. I. F. Gronovius* ‖ 16 in erarium redactum *r* ‖ 19 necessitati *r* | redempta a proximis cognatis sunt *Gronovianus* ‖ 21 M. *om. r* | aemulius *N* | a Placentia *r* ‖ 22 perductam *r* ‖ 23 in urbem *om. P Gronovianus r* ‖ 25 sublati *NΠ* sublacti (l *expunxit m. 2.*) *P* subiecti *? sed Woelfflinus confert p. 2, 17; 97, 13; 101, 1; 112, 21* | et quidem *r*

num, omnium scelerum seminarium, cum ad ingentis turbae coniurationem pervenisset, investigatum et multorum poena sublatum est. a censoribus *L.* Valerio Flacco et M. *Porc*io Catone, et belli et pacis artibus maximo, motus est senatu L. Quintius Flamininus, ⟨T.⟩ frater, eo quod, ⟨cum⟩ Galliam provinciam consul optineret, rogatus in convivio a Poen*o* Philippo, quem amabat, scorto nobili, Gallum quendam sua manu occiderat sive, ut quidam tradiderunt, unum ex damnatis securi percusserat rogatus a meretrice Placentina, cuius amore deperibat. extat oratio M. Catonis in eum. Scipio Literni decessit et, tamquam *iu*⟨n⟩gente fortuna circa idem tempus duo funera maximorum virorum, Hannibal a Prusia, Bithyniae rege, ad quem victo Antiocho confugerat, cum dederetur Romanis, qui ad exposcendum eum T. Quintium Flamininum miserant, veneno mortem consciit. Philopoemen quoque, dux Achaeorum, vir maximus, a Messenîs occisus veneno, cum ab his in bello captus esset. coloniae Po*t*entia et Pisaurum et Mutina et Parma deductae sunt. praeterea res adversus Celtiberos prospere gestas et initia causasque belli Macedonici continet. cuius origo inde fluxit, quod Philippus aegre ferebat regnum suum a Romanis inminui, et quod cogeretur a Thracibus alîsque locis praesidia deducere.

1 scelerum omnium *r* | maximum seminarium *Norvicensis r* ‖ 2 peruenit.sed | a consule inuestigatum *r* ‖ 3 M. ualerio *NPr* ‖ 4 M. ualerio catone *N* M. Ualeo Catone *P* ‖ 6 T. *om. NPΠ* | quintii frater *r* | cum *om.* ‖ 7 teneret *Leidensis* obtinuerat *r* | in conuiuio *om. r* | apoenio ‖ 9 ut Valerius antias tradidit quod *Gronovianus* | unum damnatorum *r* ‖ 11 in eum M. Catonis oratio *r* ‖ 12 lugente *NP* lugenti *Π* ‖ 13 id *Norvicensis r* ‖ 16 illum *r* | T.*om. r* ‖ 17 sibi *post* consciit *add. Leidensis* ueneno sibi mortem consciuit *r* ‖ 18 interemptus *r* ‖ 19 in *om. r* | polentia *NPΠr*: *corr. Sigonius* ‖ 21 praeterea — deducere *(25) del. Woelfflinus* | adversum *r* ‖ 23 inde uenit *r* ‖ 24 minui a Romanis *Norvicensis r*

EX LIBRO XL

Cum Philippus liberos eorum, quos in vinculis habebat, nobilium hominum conquiri ad mortem iussisset, Theoxena, verita pro liberis suis admodum pueris regis libidinem, prolatis in medium gladiis et poculo, in quo venenum erat, suasit his, ut imminens ludibrium morte effugerent et cum persuasisset, et ipsa se interemit. certamina inter filios Philippi, Macedoniae regis, Persen et Demetrium, referuntur; et ut fraude fratris sui Demetrius fictis criminibus, inter quae accusatione parricidii et adfectati regni, primum petitus, ad ultimum, quoniam populi R. amicus erat, veneno necatus est, regnumque Macedoniae mortuo Philippo ad Persen venit. item res in Liguribus et Hispania contra Celtiberos a conpluribus ducibus feliciter gestas continet. colonia Aquileia deducta est. libri Numae Pompili in agro L. Petilli scribae sub Ianiculo ⟨a⟩ cultoribus agri arca lapidea clusi inventi sunt et Graeci et Latini. in quibus cum pleraque dissolvendarum religionum praetor, ad quem delati erant, legisset, iuravit senatui, contra rem p. esse, ut legerentur servarenturque. ex S. C. in comitio exusti sunt. Philippus aegritudine animi confectus, quod Demetrium filium falsi⟨s⟩ Persei, alterius fili, in eum delationibus impulsus veneno sustulisset, et

2 uinculis nobilissimorum quidem hominum habebat *r* ‖ 4 suis et sororis uerita *r* ‖ 6 erat uenenum *r* ‖ 7 fugerent *Gronovianus* | persuasisset ipsa etiam se *r* ‖ 8 philippi macedoniae regis filios *P* | filios *om. r* | regis liberos *r* | Perseum *r* ‖ 10 confictis *r* | inter ∗∗∗∗ quem N^1 interiit qui N^2 inter quem P^1 inter que P^2 | accusationem *Boendermakerianus r* ‖ 11 adfectatione *N* affectatione *P* affectionem *r: corr. Frobenius* | primus $NΠP^1$ primus est P^2 | ferro petitus *r* ‖ 13 Persa *Π* Perseum *r* Persea? ‖ 14 peruenit *Leidensis* deuenit *r* ‖ 15 quampluribus *Vossianus Norvicensis r* | ducibus *om. r* ‖ 17 Petilii *r* | a *om. NP* ‖ 18 in arca *r* | clausi et graeci et latini inuenti sunt *r* ‖ 19 plura quae (*vel* que) *NPΠr: corr. Iahnius ex Liv. 29, 11* | cum *om. r* | religionum erant *r* ‖ 20 cum legisset *r* ‖ 21 et ex *r* ‖ 23 falsi | Persei *om. r* ‖ 24 eundem *r* | et *om. Leidensis*

de poena Persei cogitavit voluitque Antigonum potius, amicum suum, successorem regni sui relinquere, sed in hac cogitatione morte raptus est. Perseus regnum excepit.

EX LIBRO XLI

Ignis in aede Vestae extinctus est. Tib. Sempronius Gracchus pro cos. Celtiberos victos in deditionem accepit, monimentumque operum suorum Gracchurim, oppidum in Hispania, constituit. et a Postumio Albino procos. Vaccaei ac Lusitani subacti sunt. uterque triumphavit. Antiochus, Antiochi filius, obses a patre Romanis datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriae ab urbe dimissus. qui praeter religionem, qua multa templa magnifica multis sociis ⟨fecit⟩, Athenis Iovis Olympî et Antiochiae ⟨Capitolini⟩, vilissimum regem egit. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita CCLVIII CCXCIIII. Q. Voconius Saxa tr. pl. legem tulit, nequis mulierem heredem institueret. suasit legem M. Cato. extat oratio eius. praeterea res adversus Liguras et Histros et Sardos et Celtiberos a conpluribus ducibus prospere gestas et initia belli Macedonici continet, quod Perseus, Philippi filius, moliebatur. miserat ad Carthaginienses legationem et ab his nocte audita erat. sed et alias Graeciae civitates sollicitabat.

3 regnum perseus *r* ‖ 4 accepit *Vossianus r* ‖ 6 extinctus et *N* | T. *r* ‖ 8 gracchorum *Nr* graccorum *P Gronovianus: corr. Frobenius r* ‖ 10 de utrisque *r* ‖ 11 Romanis a patre *r* ‖ 14 qui — egit *post* sollicitabat *vs. 25 habent NPr, transposuit Gronovius* | quam *NP* qua quam *r: corr. Gronovius* ‖ 15 fecit *addidi, an* posuit*?* locis erexit *Gronovianus r* | est antiochiae *N* ‖ 16 Capitolini *add. Sigonius e Livio 20, 9* ‖ 18 CCLIII et CCXCIIII *Π* | CCLXIII milia *r* | uolonius *N Gronovianus: corr. Sigonius* uelonius *P* Volumnius *r* ‖ 19 heredem mulierem *r* ‖ 20 contra *r* | Ligures *r* ‖ 21 et *ante* Histros *om. r* | et *ante* Sardos *om. r* ‖ 22 prospere *om. r* | gestas continet et *r* ‖ 23 miserat — egit *del. Woelfflinus* ‖ 24 ea ab his *Iahnius* ‖ 25 erant

EX LIBRO XLII

Q. Fulvius Flaccus censor templum Iunonis Laciniae tegulis marmoreis spoliavit, ut aedem, quam dedicabat, tegeret. tegulae ex S. C. reportatae. Eumenes, Asiae rex, in senatu de Perseo, Macedoniae rege, questus est, cuius iniuriae in populum R. referuntur. ob quas bello ei indicto P. Licinius Crassus cos., cui mandatum erat, in Macedoniam transiit levibusque expeditionibus, equestribus proeliis, in Thessalia cum Perseo * eventu pugnavit. inter Masinissam et Carthaginienses de agro fuit *lis.* d*ies h*is a senatu ad disceptandum datus. legati missi ad socias civitates regesque rogandos, ut in fide permanerent, dubitantibus Rhodîs. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita CCLXVII CCXXXI. res praeterea adversus Corsos et Liguras prospere gestas continet.

EX LIBRO XLIII

Praetores aliquot eo, quod avare et crudeliter provincias administraverant, damnati sunt. P. Licinius Crassus procos. complures in Graecia urbes expugnavit et crudeliter corripuit. ob id captivi, qui ab eo sub corona venierant, e*x S. C.* postea restituti sunt. item a praefectis classium Roman*a*rum multa inpoten-

2 lactasine *NΠ* iacta sine P^1 uel laeta sine P^2 *in marg.* ‖ 3 edificabat *P* dedicauerat *Aldina* ‖ 7 cui Macedonia decreta erat *r* | id *post* cui *add. Gronovius* ‖ 9 [equestribus proeliis]*?* | inprospero euentu *Bergianus* felici euentu *Norvicensis* parum felici euentu *r* improspero eventu *vel* parum prosp. ev. *? v. p. 53, 22; 54, 4* ‖ 11 fuit dictis*: corr. Iahnius* fuit dies *r* quaestio fuit; dies eis *Boendermakerianus* fuit arbiter *Gronovianus* | ad disceptandum a Senatu *r* ‖ 12 ciuitates socias et reges *Leidensis r* ‖ 15 CCXL.VII. *P* CCLVII millia *Boendermakerianus r* CCXLVII milia *Leidensis* CCLXVIIII et XV *Livius 10, 2* ‖ 16 Ligures *r* ‖ 19 administrassent *r* ‖ 20 quamplures *Vossianus r* ‖ 21 diripuit *r* ‖ 22 sub corona *om. r* | et *N* et sic *P* etsi *Vossianus* et ipsi *Guelferbytanus: corr. r* ‖ 23 item *om. r* | romanorum

ter in socios facta. res a Perse rege in Thracia prospere gestas continet victis Dardanis et Illyrico, cuius rex erat Gentius. motus, qui in Hispania ab Olonico factus erat, ipso interempto consedit. M. Aemilius Lepidus a censoribus princeps ⟨senatus⟩ lectus.

EX LIBRO XLIIII

Q. Marcius Philippus per invios saltus penetravit Macedoniam et conplures urbes occupavit. Rhodî miserunt legatos Romam minantes, ut Perseo auxilio essent, nisi populus R. cum illo pacem adque amicitiam iungeret. indigne id latum. cum id bellum L. Aemilio Paulo, sequentis anni cos., iterum mandatum esset, Paulus in contione precatus, ut, quidquid diri populo R. immineret, in suam domum converteretur, et in Macedoniam profectus vicit Persen totamque Macedoniam in potestatem redegit. antequam confligeret, praedixit exercitui, ne miraretur, quod luna proxima nocte defectura erat. Gentius quoque, rex Illyricorum, cum rebellasset, a L. Anicio praetore victus venit in deditionem et cum uxore ac liberis et propinquis Romam missus. legati Alexandrini a Cleopatra et Ptolemaeo regibus vene-

1 res praeterea *r* | perseo *r* ‖ 2 et uictis*: corr. Frobenius* | Illyria *Iahnius* ‖ 3 gento *NΠ* gaenio *P* | elenico *Gronovianus* Olyndicus *Florus I 33, 14* ‖ 5 senatus *om. NPΠ* in senatu *r* ‖ 7 inuios *om. r* ‖ 8 in Macedoniam *r* | et *del. de Leutsch* | compluresque (*om.* et) *r* | misere *P Gronovianus r* ‖ 9 fore ut *I. Perizonius* futurum ut *de Leutsch* | minantes se perseo auxilio futuros *Gronovianus* | essent auxilio *r* ‖ 10 cum eo *Gronovianus r* | coniungeret *r* ‖ 11 *post* latum *verba* legati — ab his est *(20 — p. 51, 4) collocavit de Leutsch* ‖ 13 precatus est ut *r* ‖ 14 supra domum suam *r* ‖ 15 Perseum uicit uniuersamque *r* ‖ 16 confligeret, C. Sulpicius Gallus tribunus militum praedixit *Sigonius e Livio 37, 5* ‖ 17 nocte proxima *r* ‖ 18 erit *N* esset *Boendermakerianus r* ‖ 19 a lacinio *P* a licinio *Leidensis r* ‖ 20 et liberis *Norvicensis r* | missus est *Bergianus, sed v. p. 53, 2, al.* | legati — est *(51, 4) del. Woelfflinus* | Legati* (*erasa est* a) alexandri *P* ab alexandria legati *Boendermakerianus r* Legati ex alexandria *Vossianus* ‖ 21 ptolomeo *P ubique*

runt querentes de Antiocho, rege Syriae, quod is bellum inferret. Perseus sollicitatis in auxilium Eumene, rege Pergami, et Gentio, rege Illyricorum, quia îs pecuniam, quam promiserat, non dabat, relictus ab his est.

EX LIBRO XLV

Perseus ab Aemilio Paulo in Samothrace captus est. cum Antiochus, Syriae rex, Ptolemaeum et Cleopatram, Aegypti reges, obsideret et missis ad eum a senatu legatis, qui iuberent ab [obsidione] solo regis absisteret, editisque mandatis consideraturum se, quid faciendum esset, respondisset, unus ex legatis Popilius virga regem circumscripsit iussitque, ante quam circulo excederet, responsum daret. qua asperitate effecit, ut Antiochus bellum omitteret. legationes gratulantium populorum adque regum in senatu admissae, Rhodiorum, qui eo bello contra populum R. faverant, exclusa. postera die cum de eo quaereretur, ut his bellum indiceretur, causam in senatu patriae suae legati ⟨e⟩gerunt; nec tamquam socii, nec tamquam hostes dimissi. Macedonia in provinciae formam redacta Aemilius Paulus repugnantibus militibus ipsius propter minorem praedam et contradicente Servio Sulpicio Galba triumphavit et Persen cum tribus filiis duxit ante currum. cuius triumphi laetitia ne solida ei contingeret, duorum filiorum funeribus insignita est, quorum alterius mors triumphum patris praecessit, alterius secuta est. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium

4 minime dabat: ab iis relictus est *r* ‖ 6 Samothracia *r* ‖ 9 obsidione *seclusi, sed fortasse etiam* ab *subditivum est* ab obsidione socii regis *Leidensis r* ‖ 10 se ille quid *r* ‖ 11 faciundum *r* | unus legatorum *r* ‖ 13 efficit *N* ‖ 15 ac *r* | senatum *r* ‖ 16 quia *r* | fuerant *Gronovianus r* regi faverant *Iahnius, sed v. Sueton. C. Calig. 30* | postero *r* ‖ 18 gerunt ‖ 19 hostes, nec tanquam socii *r* ‖ 21 suis *Gronovianus* eius *Norvicensis r* ‖ 23 perseum *r* | ante currum duxit *r* ‖ 26 patris triumphum *r* ‖ 27 conditum est a censoribus *r*

capita $\overline{\text{CCCXII}}$ DCCCV. Prusias, Bithyniae rex, Romam, ut senatui gratias ageret ob victoriam ex Macedonia partam, venit et Nicomeden filium senatui commendavit. rex plenus adulationis libertum se populi R. dicebat.

EX LIBRO XLVI

Eumenes rex Romam venit, qui Macedonico bello medium egerat. ne aut hostis iudicatus videretur, si exclusus esset, aut liberatus crimine, si admitteretur, in commune *lex* lata est, ne cui regi Romam venire liceret. Claudius Marcellus cos. Alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus cos. Liguras subegit. legati Prusiae regis questi sunt de Eumene, quod fines suos popularetur, dixeruntque eum conspirasse cum Antiocho adversus populum R. societas cum Rhodîs deprecantibus iuncta est. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita $\overline{\text{CCCXXXVII}}$ XXII. princeps senatus M. Aemilius Lepidus. Ptolemaeus, Aegypti rex, pulsus regno a minore fratre missis ad eum legatis restitutus est. Ariarathe, Cappadociae rege, mortuo filius eius Ariarathes regnum accepit et amicitiam cum populo R. per legatos renovavit. res praeterea adversus Liguras et Corsos et Lusitanos vario eventu gestas et motus Syriae mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore Demetrius, Seleuci filius, qui Romae

1 frusias *N* | Prusias — dicebat *(5) del. Woelfflinus* ‖ 2 gratularetur *Frobenius* ‖ 5 esse dicebat *r* ‖ 7 qui quia *r* ‖ 8 se medium *r* | inimicus *r* ‖ 10 communem *NP* comitio *Guelferbytanus r* | res lata | cuiquam *r* ‖ 12 cos. *post* Gallus *om. r* ‖ 12 Ligures *r* ‖ 13 conquesti *r* ‖ 14 contra *r* ‖ 15 deprecantibus Rhodiis *r* ‖ 16 censa eo sunt *r* ‖ 17 $\overline{\text{CCCXXVII}}$ *P* CCCXXVII milia *r* | senatus lectus *r* ‖ 18 Aegyptiorum rex a minore fratre regno pulsus *r* | in regnum restitutus *Norvicensis r* ‖ 21 accepit regnum *r* ‖ 22 per legatos cum populo Romano *r* | res — factus *(53, 8) suspectat Woelfflinus* | Ligures *r* ‖ 23 et *ante* Corsos *om. r* ‖ 26 Romam obses missus fuerat *r*

obses fuerat, clam, quia non dimittebatur, a Roma * interemit et ipse in regnum receptus. L. Aemili*us* Paul*us*, qui Persen vicerat, mortu*us*. cuius tanta abstinentia fuit, ut, cum ex Hispania et ex Macedonia immensas opes rettulisset, vix ex auctione eius redactum sit, unde uxori eius dos solveretur. Pomptinae paludes a Cornelio Cethego cos., cui ea provincia evenerat, siccatae agerque ex his factus.

EX LIBRO XLVII

Cn. Tremellio pr. multa dicta est, quod cum M. Aemilio Lepido, pontifice maximo, iniuriose contenderat, sacrorumque quam magistratuum ius potentius fuit. lex de ambitu lata. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita $\overline{\text{CCCXXVIII}}$ CCCXVI. princeps ⟨senatus⟩ sex⟨tum⟩ Aemilius Lepidus. Inter Ptolemaeos fratres, qui dissidebant, foedus ictum, ut alter Aegypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes, Cappadociae rex, consilio Demetri, Syriae regis, et viribus pulsus regno a senatu restitutus est. missi a senatu, qui inter Masinissam et Carthaginienses de agro iudicarent. C. Marcius cos. adversus Dalmatas primum parum prospere, postea feliciter pugnavit. cum quibus bello confligendi causa fuit, quod Illyrios, socios populi R., vastaverant; eandemque gentem Cornelius Nasica

1 quia minime *r* | romanis *r* | elapsus *add. Gronovius* profugus *Madvigius* avectus *ego collatis Polybio XXXI 20 et Appiano Syr. 47* ‖ 2 aemilio paulo — mortuo *NPΠr: corr. Frobenius* ‖ 3 perseum *r* | tanta eius *Leidensis* ‖ 4 ex *post* cum *om. r* ‖ 5 maximas *r* | bonorum eius *r* ‖ 6 est unde dos uxori eius redderetur *r* ‖ 10 tremelio *Guelferbytanus r* | ·P·R· *P* tr. pl. *Guelferbytanus r* ‖ 11 sacrorum quoque magistratuum *Boendermakerianus r* sacrorumque ob magistratuum *Bergianus* ‖ 14 cccxxxviii milia *P Gronovianus* cccxiiii *Boendermakerianus* cccxxii *Guelferbytanus* | princeps sex: *corr. Iahnius* ‖ 15 ptolomeos ‖ 17 in Aegypto *r* Aegypti *Gronovius* ‖ 18 regis Syriae *r* ‖ 20 legati qui *r* ‖ 21 adversum *r* ‖ 22 parum prospere primum *r* ‖ 23 illyrio *N* illyricos *P* Illyricos *r* | po. ro. socios *r* ‖ 24 uastauerat *r*

cos. domuit. Q. Opimius cos. Transalpinos Liguras, qui Massiliensium oppid*a*, Antipolim et Nicaeam, vastabant, subegit. praeterea res in Hispania a conpluribus parum prospere gestas continet. consules anno quingentesimo nonagesimo octavo ab urbe condita magistratum ⟨kal. ian.⟩ inire coeperunt. mutandi comitia causa fuit, quod Hispani rebellabant. legati ad disceptandum inter Carthaginienses et Masinissam missi nuntiaverunt vim navalis materiae se Carthagine deprehendisse. aliquot praetores a provinciis avaritiae nomine accusati damnati sunt.

EX LIBRO XLVIII

Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita $\overline{\text{CCCXXIIII}}$. semina tertî Punici belli referuntur. cum in finibus Carthaginiensium ingens Numidarum exercitus duce Arcobarzane, Syphacis nepote, diceretur esse, M. Porcius Cato suasit, ut Carthaginiensibus, qui exercitum specie contra Masinissam, *re* contra Romanos accitum in finibus haberent, bellum indiceretur. contra dicente P. Cornelio Nasica placuit legatos mitti Carthaginem, qu*i* specularentur, quid ageretur. castigato senatu Carthaginiensium, quod contra foedus et exercitum et navales materias haberent, pacem inter eos et Masinissam facere voluerunt, Masi-

1 ligyras *N* Ligures *r* ‖ 2 oppidum *NPIIr: corr. Frobenius* ‖ 3 praeterea — damnati sunt *(11) suspectat Woelfflinus* | res *post* prospere *ponunt Boendermakerianus r* ‖ 4 parumper prospere *P* ‖ 6 kal. ian. *add. Drakenborchius* magistratum peractis comitiis insequentisque anni consulibus creatis inire *Pighius et Dodwellus* ‖ 7 bellabant *N* ‖ 8 masinissam et carthaginenses *r* ‖ 9 renunciauerunt *Leidensis* ‖ 11 et damnati *r* ‖ 14 belli tertii Punici *Norvicensis r* ‖ 15 maximus *r* ‖ 16 cum Ariobarzanem contra Masinissam *Leidensis* | Archobarzane Duce *r* ‖ 18 masinissam regem *NPII: corr. Hertzius* Masinissam regem sed re uera *r* Masinissam, re uera *Iahnius* Mas., re autem *Halmius* ‖ 21 quibus *NPII* qui ibi *Pithoeus* ‖ 23 foedus exercitum *r* ‖ 24 inter Masinissam et eos *r*

nissa agro, de quo lis erat, cedente. sed Gisgo, Hamilcaris filius, homo seditiosus, qui tum in magistratu erat, cum senatus pariturum se iudicio legatis dixisset, ita ⟨populum⟩ concitavit bellum adversus Romanos suadendo, ut legatos, quo minus violarentur, fuga explicuerit. id nuntiantes infestum iam senatum Carthaginiensibus infestiorem fecerunt. M. Porci⟨us⟩ Cato filî in praetura mortui funus tenuissimo, ut potuit (nam pauper erat), sumptu fecit. Andriscus, qui se Persei filium, regis quondam Macedoniae, ingenti adseveratione mentiretur, Romam missus. M. Aemilius Lepidus, qui princeps senatus sextis iam censoribus lectus ⟨erat⟩, antequam expiraret, praecepit filiis, lecto se strato [sine] linteis sine purpura efferrent, in relicum funus ne plus quam aeris decies consumerent: imaginum specie, non sumptibus nobilitari magnorum virorum funera solere. de veneficîs quaesitum. Publilia et Licinia, nobiles feminae, quae viros suos consulares necasse insimulabantur, cognita causa, cum praetori praedes vades dedissent, cognatorum decreto necatae sunt. Gulussa, Masinissae filius, nuntiavit, Carthagine dilectus agi, classem conparari et haud dubie bellum strui. cum Cato suaderet, ut his bellum indiceretur, P. Cornelio Nasica dicente nihil temere faciundum, pla-

4 ita bellum concitauit aduersus: *corr. Iahnius* | ita bellum aduersus Romanos suadendo concitauit *r* ‖ 5 legatis *Nr* ‖ 7 porci (Porcij *Π*) catonis *NPΠ* ‖ 8 funus m. filii in Pretura *r* | ut uoluit *r* | nam ut pauper *N* nam et pauper *P* et *fortasse servare licet* ‖ 11 aemulius *N* ‖ 12 qui *del. Gronovius* | sextus *NPΠ* ‖ 13 erat *om. NP* erat lectus *r* ‖ 14 sine *seclusit Perizonius* ‖ 15 decus: *corr. Boendermakerianus* denos *r* D. *Orellius* ‖ 16 maximorum *Norvicensis r* ‖ 17 debere *Iahnius* | publiliae et liciniae | publia *Boendermakerianus r* Poblicia *Sigonii vet. lib., Valerius Maximus VI 3, 8* Publiciam *vocat* ‖ 18 consulares *om. r* ‖ 19 praetore *NPΠ* ‖ 20 preces uates *Bergianus* plures uades *Gronovianus* pro se uades *Susianus* | necati *r* ‖ 21 denuntiauit *r* ‖ 22 delectus *r* | dubium *r* ‖ 24 cornelius *et* dicendo *NPΠ*

cuit x legatos mitti exploratum. L. Licinius Lucullus A. Postumius Albinus coss. cum dilectum severe agerent nec quemquam gratia dimitterent, ab tribunis pl., qui pro amicis suis vacationem impetrare non poterant, in carcerem coniecti sunt. cum Hispaniense bellum parum prospere aliquotiens gestum ita confudisset *civ*itatem Romanam, ut ne hi quidem invenirentur, qui aut tribunatum exciperent aut legati ire vellent, P. Cornelius Aemilianus processit et excepturum se militiae genus, quodcumque imperatum esset, professus est. quo exemplo omnes ad studium militandi concitavit. Lucullus cos., cu*m* Claudius Marcellus, ⟨cui⟩ successerat, *pa*casse omnes Celtiberiae populos videretur, Vaccaeos et Cantabros et alias incognitas athuc in Hispania gentes subegit. ibi P. Cornelius [Africanus] Scipio Aemilianus, L. [Corneli] Pauli filius, Africani nepos, ⟨s⟩et adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit et in expugnatione Interca*ti*ae urbis maius etiannum periculum adît. nam murum primus transcendit. Servius Sulpicius Galba praetor male adversus Lusitanos pugnavit. cum legati ex Africa cum oratoribus Carthaginiensium et Gulussa, Masinissae filio, redissent dicerentque et exercitum se et classem Carthagine deprehendisse, perrogari sententias placuit. Catone et aliis principibus senatus suadentibus, ut in Africam confestim transportaretur exercitus, quoniam Cornelius

1 mitti legatos *r* ‖ 3 a *r* ‖ 5 cum *post* bellum *ponunt Leidensis r* ‖ 6 leuitatem *NPΠ: corr. Vossianus* ‖ 7 ei *r* ‖ 9 se *om. r* ‖ 11 ad militandi studium omnes incitauit *r* | l. lucullus *r* ‖ 12 cui .m. claudius*: corr. Sigonius* | cui *add. Sigonius* | cum placasse *Bergianus* | placasse ‖ 13 Vaccaeos Cantabros et alias regiones: et iterum alias incognitas nationes *r* ‖ 14 adhuc nationes *P Leidensis Bergianus* ‖ 15 Africanus *del. Gronovius* ‖ 16 l. cornelii (cornelj *N*) pauli *NPΠr: corr. Aldina* | et*: corr. Frobenius* | adoptatiuus $NP^1\Pi$*: corr.* P^2 ‖ 18 inter captae*: corr. Sigonius* captae *Gronovianus r* | maius multo *r* | etiam *r* ‖ 19 primus omnium *r* ‖ 21 Carthaginiensium oratoribus *r* ‖ 23 se *om. Boendermakerianus r* ‖ 24 prorogari *Pr* ‖ 26 quo *NΠ* quem P^1*: corr.* P^2 quod *Sigonius*

Nasica dicebat nondum sibi iustam causam belli videri, placuit, ut bello abstinerent, si Carthaginienses classem exussissent et exercitum dimisissent; si minus, proximi consules de bello Punico referrent. cum locatum a censoribus theatrum exstrueretur, P. Cornelio Nasica auctore tamquam inutile et nociturum publicis moribus ex S. C. destructum est, populusque aliquamdiu stans ludos spectavit. Carthaginienses cum adversus foedus bellum Masinissae intulissent, victi ab eo annos habente XCII et sine pulpamine mandere et siccum gustare pane⟨m⟩ tantum solito insuper Romanum bellum meruerunt. motus praeterea Syriae et bella inter reges gesta referuntur. inter quos motus Demetrius, Syriae rex, occisus est.

EX LIBRO XLVIIII

Tertii Punici belli initium altero et sescentesimo ab urbe condita anno, intra quintum annum, quam erat coeptum, consummati. inter M. Porcium Catonem et Scipionem Nasicam, quorum alter sapientissimus vir in civitate habebatur, alter optimus vir etiam iudicatus a senatu erat, diversis certatum sententiis est, Catone suadente bellum et ut tolleretur delereturque Carthago, Nasica dissuadente. placuit tamen, quod contra foedus naves haberent, quod exercitum extra fines duxissent,

3 Sin *P* | proxime *NPΠ* ‖ 4 Punico bello *P* ‖ 8 Cumcarthaginienses *P* | tum aduersum *r* ‖ 10 duodenonaginta *Wesselingius* | manderet sigustaret pane *NP* manderet sed gustaret p. *Π* mandere et gustare cibum tantum modo *r: corr. Madvigius* mandere [et si gustaret] panem *Iahnius* ‖ 13 motus — occisus est *habent NΠ om. P, cf. 64, 26* ‖ 17 anno ab urbe condita *r* ‖ 18 coepti *NΠ* | consummatum est *Boendermakerianus* consummatum omnino est *r* ‖ 19 alterum sapientissimum uirum in ciuitate habebant *r* ‖ 20 uir optimus *Vossianus r* | etiam *om. r* | a senatu iudicatus *r* ‖ 22 ut omnino deleretur Carthago *r* ‖ 23 placuit nihilo minus *r* ‖ 24 et extra fines exercitum *Norvicensis r* | exercitus *NΠ*

quod socio populi R. et amico, Masinissae, arma intulissent, quod filium eius, Gulussam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non recepissent, bellum his indici. prius quam ullae copiae in naves inponerentur, Vticenses legati Romam venerunt se suaque omnia dedentes. ea legatio velut omen grata patribus, acerba Carthaginiensibus fuit. ludi Diti patri ad Tarentum ex praecepto librorum facti, qui ⟨ante⟩ annum centesimum primo Punico bello, quingentesimo et altero anno ab urbe condita facti erant. legati XXX Romam venerunt, per quos se Carthaginienses dedebant. Catonis sententia *e*vicit, ut in decreto perstaretur et ut consules quam primum ad bellum proficiscerentur. qui ubi in Africam transierunt, acceptis, quos imperaverant, CCC obsidibus et armis omnibus instrumentisque belli, si qua Carthagine erant, *c*um ex auctoritate patrum iuberent, ut in alium locum, dum a mari $\overline{X}$ passuum ne minus remotum, oppidum facerent, indignitate rei ad bellandum Carthaginienses compulerunt. obsideri obpugnarique coepta est Carthago a L. Marcio *M'*. Ma-n⟨i⟩lio coss. in qua obpugnatione cum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus suis inrupissent et ab oppidanis graviter caederentur, a Scipione †Orfitiano expliciti sunt. per quem et castellum Romanorum, quod nocte expugnabant, paucis equitibus iuvantibus liberatum est castrorumque, quae Carthaginienses omnibus copiis ab urbe pariter egressi obpugnabant, liberatorum is ipse praecipuam gloriam

1 quodque *r* ‖ 3 minime *r* | eis *r* ‖ 6 ueluti maximum belli omen *r* ‖ 7 Diti Patri ludi *r* | Terentum *Sigonius* ‖ 8 Sibyllinorum *ante* facti *add. r* | ante *add. Gronovius* | qui anno primo primi Punici bello *r* ‖ 11 Carthaginienses se *r* ‖ 12 deuicit*: corr. Hulmius* peruicit *r* ‖ 13 proficiscerentur ad bellum *Leidensis r* ‖ 16 tum *N* Tunc *P: corr. Iahnius* tunc cum *r* ‖ 17 alio loco, procul a mari *r* | ·x passuum | nec *Pr* ‖ 18 remoto *r* | transferrent *Gronovius*, iacerent*?* ‖ 20 m. manlio *NPr: corr. Sigonius* ‖ 23 suis *om. r* ‖ 24 affricano P^1 Orfitano *Π* aemiliano *Lovelianus 2* Africano *r* [Africano] *Kornemannus* ‖ 26 castrisque *r* ‖ 27 pariter ab urbe *r* ‖ 28 liberatis *r*

tulit. praeterea cum ab inrita obpugnatione Carthaginis consul (alter enim Roma⟨m⟩ ad comitia ⟨i⟩erat) exercitum duceret adversus Hasdrubalem (cum ampla manu saltum inicum insederat) suasit primo consuli, ne tam inico loco confligeret. victus deinde conplurum, qui et prudentiae et virtuti eius invidebant, sententiis et ipse saltum ingressus est. cum, sicut praedixerat, fusus fugatusque esset Romanus exercitus et duae cohortes ab hoste obsiderentur, cum paucis equitum turmis in saltum reversus liberavit eas et incolumes reduxit. quam virtutem eius et Cato, vir promptioris ad vituperandum linguae, in senatu sic prosecutus est, ut diceret reliquos, qui in Africa militarent, umbras *vo*litare, Scipionem vigere, et populus R. eo favore complexus, ut comitiis plurimae eum tribus consulem scriberent, cum hoc per aetatem non liceret. cum L. Scribonius tr. pl. rogationem promulgasset, ut Lusitani, qui in fidem populo R. dediti ab Servio Galba in Galliam venissent, in libertatem restituerentur, M. Cato acerrime suasit. extat oratio in annalibus ipsius inclusa. Q. Fulvius Nobilior e*i*, saepe ab eo in senatu laceratus, respondit pro Galba; ipse quoque Galba cum se damnari videret, complexus duos filios praetextatos et Sulpi⟨ci⟩ *Gal⟨l⟩*i filium, cuius tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur. exstant tres orationes eius, duae adversus Libonem tr. pl. rogationemque eius ha-

2 roma *NΠ* romae *P* | erat *NPΠ: corr. r, v. Appiani Lib. 99* ‖ 3 ducere aduersus Hasdrubalem uellet *r* | qui *ante* cum *add. r* | alta *P* alia *Vossianus* altera *r* ‖ 4 iniquum saltum *r* ‖ 6 eius et uirtuti *r* ‖ 7 tum *NP* cumque *r* ‖ 9 exiguis *r* ‖ 11 promptioris multo *r* ‖ 13 umbris *r* | militare *NPr: corr. Gronovius* ‖ 14 uigore *r* | illum complexus est *r* ‖ 15 complurime *r* ‖ 16 minime *r* ‖ 17 in federe *Norvicensis r* ‖ 18 a *Leidensis r* | Sergio *r* | in Gallia *Sigonius* ‖ 20 et in *NPΠ* eius et in *Leidensis* et *om. r* ea in *Hertzius* et est in *ego* | eius *Vossianus r* ‖ 21 et *correxit Iahnius* etiam *r* | saepe *om. r* ‖ 23 sulpi cali filium *NP* filium Galli Sulpicii *r* ‖ 26 aduersum *r* | rogationesque *Gronovianus r*

bitae de Lusitanis, una contra L. Cornelium Cethegum, in qua Lusitanos prope se castra habentis caesos fatetur, quod compertum habuerit, equo adque homine suo ritu immolatis per speciem pacis adoriri exercitum suum in animo habuisse.

Andriscus quidam, ultimae sortis homo, Persei ⟨se⟩ regis filium ferens et mutato nomine Philippus vocatus cum ab urbe Romana, quo illum Demetrius, Syriae rex, ob hoc ipsum mendacium miserat, clam profugisset, multis ad falsam eius fabulam velut ad veram coeuntibus, contracto exercitu totam Macedoniam aut voluntate incolentium aut armis occupavit. fabulam autem talem finxerat: ex paelice se ⟨et⟩ Perseo rege ortum, traditum educandum Crete⟨n⟩si cuidam esse, ut ⟨in⟩ belli casus, quod ille cum Romanis gereret, aliquod velut semen regiae stirpis exstaret. Hydramyti se educatum usque ad XII aetatis annum, patrem eum esse credentem, a quo educaretur, ignarum generis fuisse sui. adfecto deinde eo, cum prope ad ultimum finem vitae esset, detectam tandem sibi originem suam falsaeque matri libellum datum signo Persei regis signatum, quem sibi traderet, cum ad puberem aetatem venisset, obtestationesque ultimas adiectas, ut res in occ*ul*tato ad id tempus servaretur. pubescenti libellum traditum, in quo relicti sibi duo thensauri a patre dicerentur. tum

2 propter sese *r* ‖ 4 ritu *om. r* ‖ 6 se *om.: ante* regis *addidi, ante* filium *r, post* ferens *Hertzius* ‖ 8 Roma *r* | co illum *N* eo illum *Weissenbornius* ‖ 10 eius famam *r* ‖ 12 fabulam — ausum *(61, 7) suspectat Iahnius del. Woelfflinus* ‖ 13 huius modi *r* | Laodice *U. Wilckenius* | et *om.* ‖ 14 cretesi *N* cretae se *P* Cirtese *Gronovianus* cyrthese *r* | in *om.* ‖ 15 ageret *r* ‖ 16 stirpis regie *r* | extaret Perseo demortuo *r* | hydramyti] *NΠ, Ὑδραμία est Stephano Byzantio s. v. Ὕδραμος Stadiasmo maris magni 346* Ydramiti *P* Idramiti *r* Hydramiae *Drakenborchius* Adramytti *Gronovius* ‖ 17 annum aetatis *r* | patrem eius *r* ‖ 20 sibi tandem *vet. lib. Sigonii* | ibi *Perizonius* ‖ 23 occupato *NPΠ: correxi* occulto *Gronovianus r* ‖ 24 tradum *N* tradidit *r*

scienti mulier*em* se subditum esse, veram stirpem ignoranti edidisse genus atque obtestatam, ut prius quam manaret ad Eumenen res, Perseo inimicum, excederet his locis, ne interficeretur. eo se exterritum, simul sperantem aliquod a Demetrio auxilium *in* Syria⟨m⟩ se contulisse atque ibi primum, quis esset, palam expromere ausum.

EX LIBRO L

Thessalia, cum et illam invadere armis atque occupare Pseudophilippus vellet, per legatos Romanorum auxiliis Achaeorum defensa est. Prusias, rex Bithyniae, omnium humillimorumque vitiorum, a Nicomede filio adiuvante Attalo, rege Pergami, occisus, habebat alterum filium, qui pro superiore ordine dentium enatum habuisse unum os continens dicitur. cum *III* legati ad pacem inter Nicomeden et Prusiam faciendam ab Romanis missi essent, cum unus ex his multis cicatricibus sartum caput haberet, alter pedibus aeger esset, tertius ingenio socors haberetur, M. Cato dixit eam in legationem, nec caput nec pedes nec cor habere. in Syria, quae eo tempore stirpe generis parem Macedonum regis, inertia socordiaque similem Prusiae regem

1 scienti mulieri se subditum esse *NP* scienti mulieri subditum se esse *Π* scientem mulierem subditum se esse *r* | ignorantis ‖ 3 ad Eumenem manaret *r* | regi perseo *Vossianus Gronovianus* ‖ 4 iis *r* ‖ 5 auxilium a demetrio *r* | asyriase *NPΠ* ‖ 6 contulit | quis ipse omnino esset *r* ‖ 9 illum NP^1 illae P^2 ‖ 10 p. pseudo filippus uelut *N* p. psi (*utrumque expunxit m. 2.*) pseudo philippus uelut *P* | romanorum legatos *Norvicensis r* ‖ 12 humillimorum fautor atque uitiorum *r* ‖ 13 occisus est *r* ‖ 15 cum tres *Lovelianus 2* cum in *NP* cum inde *Guelferbytanus* cum *r* | legatos: *corr. Gronovius* ‖ 17 ad romanos: *corr. Gronovius* Romani misissent *r* | et unus *r* ‖ 18 sarsum: *corr. Iahnius* farsum *Bergianus* | caput multis cicatricibus sparsum *r* ‖ 19 M. *om. Pr* ‖ 20 in *om. Pr* ‖ 21 ex stirpe *r* | parem *Delrii cod.* pacem *NP* persei *Guelferbytanus r* ‖ 22 regis Macedonum *Leidensis r* M. regi *Delrii cod.*

habebat, iacente eo in *ga*nea et lustris Hammonius regnabat, per quem et amici omnes regis et Laodi*ce* regina et Antigonus, Demetri filius, occisi *sunt*. Masinissa, Numidiae rex, maior XC annis decessit, vir insignis. inter cetera iuvenalia opera, quae ad ultimum edidit, adeo etiam *nervis* in senecta viguit, ut post sextum et octogesimum annum filium genuerit. inter tres liberos eius (maximus natu Micipsa, Gulussa, Mastanabal, qui etiam Graecis litteris eruditus erat) P. Scipio Aemilianus, cum commune his regnum pater reliquisset et dividere eos arbitro Scipione iussisset, partes administrandi regni divisit. item Pham⟨e⟩ae Hamilconi, praefecto equitum Carthaginiensium, viro forti, et cuius praecipua opera Poeni utebantur, persuasit, ut ad Romanos cum equitatu suo transiret. ex tribus legatis, qui ad Masinissam missi erant, M. Claudius Marcellus cohorta tempestate fluctibus obrutus est. Carthaginienses Hasdrubalem, Masinissae nepotem, quem praetorem habebant, hominem proditionis suspectum, in curia occiderunt; quae suspicio inde manavit, quod propincus esset Gulussae, Romanorum auxilia iuvantis. *P.* Scipio Aemilianus cum aedilitatem peteret, consul a populo dictus. quoniam per annos consuli fieri non licebat, cum magno certamine suffragantis *ple*bis et repug-

1 iacentia eo *N* Jacenti eo *P* | granea ‖ 2 laodiciaeregna *N* laodiciae regina *P* ‖ 3 occisum (*omisso* sunt) *NPr* ‖ 4 uir insignis decessit *Norvicensis r* ‖ 5 opera iuuenilia *r* ‖ 6 uersus: *corr. Britzlmayrus* viribus *idem* Veneris usu *vel* vergens in senectam *M. Seyffertus* | senectam *r* ‖ 7 genuerit unum filium *r* ‖ 8 eius *om. r* | maximus — erat *seclusit Iahnius* Mycipsam, Gulussam, et Manastabalem *Aldina* | Manastabal *Leidensis alii recc.* ‖ 9 erat eruditus *r* ‖ 10 pater regnum *r* ‖ 11 arbitrio *Gronovianus r* | administrationem regni *r* ‖ 12 phamae NP^2 fama P^1 | Phanie Amilconis *r* ‖ 14 opera praecipua *r* | suasit ut cum equitatu suo ad Romanos *r* ‖ 15 trium legatorum *r* ‖ 16 fuerant *r* | M. *om. Pr* ‖ 19 hominem *om. r* | interemerunt *r* ‖ 20 emanauit *r* ‖ 21 auxilia Romanorum *r* Romanos auxilio *Drakenborchius* | l. scipio ‖ 23 consulem *r* | minime *r* ‖ 24 maximo *r* | suffragantis legis *NPIIr: corr. Perizonius* suffragantibus ple-

nantibus *ei* aliquamdiu patribus, legibus solutus et consul creatus. *M'. Man*ilius aliquot urbes circumpositas Carthagini expugnavit. Pseudophilippus in Macedonia, caeso cum exercitu *P.* Iuventio praetore, ab Q. Caecilio victus captusque est, et *re*victa Macedonia.

EX LIBRO LI

Carthago, in circuitum $\overline{\text{XXIII}}$ [passus] patens, magno labore obsessa et per partes capta est; primum a Mancino legato, deinde a Scipione cos., cui extra sortem Africa provincia data erat. Carthaginienses portu novo, quia vetus obstructus a Scipione erat, facto et contracta clam exiguo tempore ampla classe infeliciter navali proelio pugnaverunt. Hasdrubalis quoque, ducis eorum, castra ad Nepherim oppidum loco difficili sita cum exercitu deleta sunt a Scipione, qui tandem expugnavit septingentesimo anno, quam erat condita. spoliorum maior pars Siculis, quibus ablata erant, reddita. ultimo urbis excidio cum se Hasdrubal Scipioni dedisset, uxor eius, quae paucis ante diebus de marito impetrare non potuerat, ut ad victorem transfugerent, in medium se flagrantis urbis incendium cum duobus liberis ex arce praecipitavit. Scipio exemplo patris sui, Aemili Pauli, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit

beiis *Ascensius* || 1 et*: corr. Iahnius om. r* | aliquantum *r* || 2 creatus est *r* | M. aemilius *NPΠr: corr. Sigonius* | nonnullas *r* || 4 m. *NPr: corr. Gruterus* | a *r* || 5 et *om. r* | relicta *NPr: correxï* recepta *Leidensis* || 7 circuitu *P Boendermakerianus* | uiginti tria milia quidem passuum in circuitu *r* | passus *seclusit H. I. Muellerus* passuum *Leidensis* | habens *Guelferbytanus om. r* | labore maximo *r* || 10 Prouintia Africa *r* | data est *r* || 11 obstructus *om. N* | erat obstructus *r* || 12 clam *om. r* || 13 nauali proelio infeliciter *Norvicensis r* | eorum Ducis *r* || 14 Nefentum *r* | difficillimo *r* || 15 urbem *post* tandem *add. r* Carthaginem *Bergianus,* illam *post* qui *ego, sed etiam IV 35, 10 Livius* expugnare *sine accusativo posuit* || 20 minime impetrare potuerat *r* | transfugeret *r* || 21 se flagrantis in medium *r* | duobus cum *r* || 22 patris sui (eius *r*) Emiliani *Vossianus r*

transfugasque ac fugitivos bestîs obiecit. belli Achaici semina referuntur haec, quod legati Romani ab Achaeis pulsati sint Corinthi, missi ut eas civitates, quae sub dicione Philippi fuerant, ab Achaico concilio secernerent.

EX LIBRO LII

Cum Achaeis, qui in auxilio Boeotos et Chalcidenses habebant, Q. Caecilius Metellus ad Thermopylas bello conflixit. quibus victis dux eorum Critolaus mortem sibi veneno conscivit. in cuius locum Diaeus, Achaici motus primus auctor, ab Achaeis dux creatus ad Isthmon a L. Mummio cos. victus est. qui omni Achaia in deditionem accepta Corinthon ex S. C. diruit, quia ibi legati Romani violati erant. Thebae quoque et Chalcis, quae auxilio fuerant, dirutae. ipse L. Mummius abstinentissimum virum egit, nec quicquam ex his operibus ornamentisque, quae praedives Corinthos habuit, in domum eius pervenit. Q. Caecilius Metellus de Andrisco triumphavit, P. Cornelius [Africanus] Scipio Aemilianus de Carthagine et Hasdrubale. Viriathus in Hispania, primum ex pastore venator, ex venatore latro, mox iusti quoque exercitus dux factus, totam Lusitaniam occupavit, M. Vetilium praetorem fuso eius exercitu cepit, post quem C. Plautius praetor nihilo felicius rem gessit; tantumque terroris *is* hostis *int*ulit, ut adversus eum consulari opus esset et duce et exercitu. praeterea motus Syriae et bella inter reges gesta referuntur. Alexander, homo ignotus et incertae stirpis, occiso,

1 que *om. Gronovianus r* ‖ 2 achaicis*: corr. Gronovius* ‖ 3 sunt *Leidensis r* | Corinthum missi erant *r* ‖ 4 concilio] *Π* consilio *NP* ‖ 6 in auxilium *r* in *del. Iahnius* | boeto *N* Boeotios *r* ‖ 8 ueneno sibi mortem *r* ‖ 9 Dracus *r* ‖ 11 in deditione ‖ 14 se abstinentissimum *Norvicensis Gronovianus r* ‖ 15 iis opibus *r* ‖ 18 Africanus *seclusit Iahnius* ‖ 19 uiri · aphitus *N* Viriaphitus *Π* ‖ 20 et ex *r* ‖ 21 uniuersam *r* ‖ 22 Vatilium *Iahnius* | exercitu eius *P* ‖ 24 terrorem *r* | his | impulit *NPΠ* ‖ 25 eum *om. N* ‖ 26 praeterea — tulit *(65, 15) del. Woelfflinus*

sicut ante dictum est, Demetrio rege in Syria regnabat. hunc Demetrius, Demetri filius, qui a patre quondam ob incertos belli casus ablegatus Cnidon fuerat, contempta socordia inertiaque eius, adiuvante Ptolemaeo, Aegypti rege, cuius filiam Cleopatram in matrimonium acceperat, bello interemit. Ptolemaeus graviter in caput vulneratus inter curationem, dum ossa medici terebrare conantur, expiravit, atque in locum eius frater minor Ptolemaeus, qui Cyrenis regnabat, successit. Demetrius ob crudelitatem, quam in suos per tormenta exercebat, ab Diodoto quodam, uno ex subiectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum adserebat, bello superatus Seleuceam confugit. L. Mummius de Achaeis triumphavit, signa aerea marmoreaque et tabulas pictas in triumpho tulit.

EX LIBRO LIII

Appius Claudius cos. Salassos, gentem Alpinam, domuit. alter Pseudophilippus in Macedonia a L. Tremellio quaestore cum exercitu caesus est. Q. Caecilius Metellus pro cos. Celtiberos cecidit, et a Q. Fabio pro cos. magna pars Lusitaniae expugnatis aliquot urbibus recepta est. *Acilius* senator Graece res Romanas scribit.

EX LIBRO LIIII

Q. Pompeius cos. in Hispania Termestinos subegit. cum isdem et Numantinis pacem a *populo R.* infirma-

3 chnidon NP^2 chindon $P^1\Pi$ in gnidon *Norvicensis r* ‖ 5 acceperat in matrimonium *Norvicensis r* ‖ 6 interemit atque in locum eius frater minor ptolemeus grauiter *NP, v. vers. 8* | in caput grauiter *r* ‖ 8 contendunt *r* ‖ 10 per tormenta in suos *r* p. tormenta, invisus subiectis *Gronovius* ‖ 11 a *Boendermakerianus r* ‖ 13 fugit *r* ‖ 18 tremelio *Vossianus r* ‖ 20 et *om. P* | cos. *Oudendorpius* ‖ 21 pars magna *P* pars maxima *r* | multis urbibus *r* ‖ 22 C. iulius| *NPr: corr. Hertzius* C. Acilius *Madvigius* | scripsit *Norvicensis r* ‖ 25 hisdem | eisdem quidem et *r* | ab infirmitate *NP* a infirmitate *Π: corr. Gronovius* ob infirmitatem *Vossianus r*

tam fecit. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita CCCXXVIII CCCCXLII. cum Macedonum legati questum de D. Iunio Silano praetore venissent, quod acceptis pecuniis provinciam spoliasset, et senatus de querellis eorum vellet cognoscere, T. Manlius Torquatus, pater Silani, petît impetravitque, ut sibi cognitio mandaretur; et domi causa cognita filium condemnavit abdicavitque. ac ne funeri quidem eius, cum suspendio vitam finisset, interfuit sedensque domi potestatem consultantibus ex instituto fecit. Q. Fabius pro cos. rebus in Hispania prospere gestis labem imposuit pace cum Viriatho aequis condicionibus facta. Viriathus a proditoribus consilio Servili Caepionis interfectus est et ab exercitu suo multum comploratus ac nobiliter sepultus, vir duxque magnus et per XIIII annos, quibus cum Romanis bellum gessit, frequentius superior.

EX LIBRO LV

P. Cornelio Nasica, cui cognomen Serapion fuit ab inridente Curiatio trib. pleb. inpositum, et Dec. Iunio Bruto coss. dilectum habentibus in conspectu tironum res saluberrimi exempli facta est. nam C. Matienius accusatus est aput tribunos pl., quod exercitum ex Hispania deseruisset, damnatusque sub furca diu virgis caesus est et sestertio nummo uenît. tribuni pleb. quia non inpetrarent, ut sibi denos, quos vellent, milites eximere liceret, consules in carcerem duci iusserunt. Iunius Brutus cos. in Hispania is, qui sub Viriatho

2 sunt *om. Leidensis* | CCCCXXXII *Boendermakerianus* ‖ 3 conquestum uenissent *r* | syllano *Vossianus r* ‖ 5 T. *om. N* ‖ 6 Syllani pater *r* ‖ 7 sibi huiusmodi quaestio *r* ‖ 8 abducauitque *r* ‖ 13 interemptus *r* ‖ 14 exercitu eius *Norvicensis r* | imploratus *r* ‖ 15 nobilissime tumulatus *r* | Duxque Max. per quartum decimum annum *r* ‖ 19 A. Cornelio *r* ‖ 22 Matienus *r, sed v. CIL V 354* ‖ 23 in Hispania *r* ‖ 25 et *om. N* ‖ 26 impetrarunt *Gronovianus* impetrarant *Gruterus r* ‖ 27 mitti *r* ‖ 28 his *P* iis *r*

militaverant, agros et oppidum dedit, quod vocatum est Valentia. M. Popilius a Numantinis, cum quibus pacem factam inritam fieri senatus censuerat, cum exercitu fusus fugatusque est. C. Hostilio Mancino cos. sacrificante pulli ex cavea evolaverunt; conscendenti deinde navem, ut in Hispaniam proficisceretur, accidit vox: mane, Mancine. quae auspicia tristia fuisse eventu probatum est. victus enim a Numantinis et castris exutus, cum spes nulla servandi exercitus esset, pacem cum his fecit ignominiosam, quam ratam esse ⟨senatus⟩ vetuit. $\overline{\text{XXXX}}$ Romanorum ab $\overline{\text{IIII}}$ Numantinorum victa erant. Decimus Iunius Lusitaniam expugnationibus urbium usque ad Oceanum perdomuit, et cum flumen Oblivionem transire nollent, raptum signifero signum ipse transtulit et sic, ut transgrederentur, persuasit. Alexandri filius, rex Syriae, X annos admodum habens, a Diodoto, qui Tryphon cognominabatur, tutore suo, per fraudem occisus est corruptis medicis, qui illum calculi dolore consumi ad populum mentiti, dum secant, occiderunt.

EX LIBRO LVI

Decimus Iunius Brutus in Hispania ulteriore feliciter adversus Gallaecos pugnavit. dissimili eventu M. Aemilius Lepidus pro cos. adversus Vaccaeos rem gessit, clademque similem Numantinae passus est. ad

1 agros oppidumque *r* | ualentia uocatum est *r* ‖ 3 Senatus irritam censuerat *r* ‖ 4 est *om. r* ‖ 6 in nauim *r* | accidit mane *NP*^{1} accidit vox. scl'e *P*^{2} accessit uox *Gronovianus* accidit audiri *r* ‖ 7 Mane Mane Mancine *r* | quae *om. r* | euentu *om. r* | promptum*: corr. Gronovianus* ‖ 8 est et: *corr Vossianus* 10 iis *r* | senatus *add. Gronovianus r* ‖ 11 uenit *r* | $\overline{\text{XXX}}$ *NPIIr: corr. Iahnius Florum I 34, 2 secutus* | a Numantinorum milibus quattuor *r* ‖ 12 urbium expugnationibus *r* | triginta urbium *Pighius ex cod. Susii* ‖ 13 ad occasum et occeanum *Gronovianus* | fluuium *Leidensis r* ‖ 14 Obluuionem *r* ‖ 18 quidem medicis *r* | qui eum *r* ‖ 22 L. Iunius *r* | Vlteriore Hispania *r* ‖ 23 gallicios *P* Gallecios *Vossianus r* ‖ 24 uatteos *N* | res *P* ‖ 25 Numantiae *r*

exsolvendum foederis Numantini religione populum Mancinus, cum huius rei auctor fuisset, deditus Numantinis non est receptus. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita CCCXVII DCCCCXXXIII. Fulvius Flaccus cos. Vardeos in Illyrico subegit. M. Cosconius praetor in Thracia cum Scordiscis prospere pugnavit. cum bellum Numantinum vitio ducum non sine pudore publico duraret, delatus est ultro Scipioni Africano a senatu populoque R. consulatus; quem cum illi capere ob legem, quae vetabat quemquam iterum consulem fieri, non liceret, sicut priori consulatu legibus solutus est. bellum servile in Sicilia ortum cum opprimi a praetoribus non potuisset, C. Fulvio cos. mandatum est. huius belli initium fuit Eunus servus, natione Syrus, qui contracta agrestium servorum manu et solutis ergastulis iusti exercitus numerum implevit. Cleon quoque alter servus ad LXX servorum contraxit, et iunctis copiis adversus exercitum Romanum bellum saepe gesserunt.

EX LIBRO LVII

Scipio Africanus Numantiam obsedit et corruptum licentia luxuriaque exercitum ad severissimam militiae disciplinam revocavit. omnia deliciarum instrumenta re-

1 numantini foederis *Gronovianus r* ‖ 3 minime *r* ‖ 4 cccxxxiii M. *Boendermakerianus* | ·cccxxiii· milia· Fuluius *r* ‖ 5 Vareos *Gronovianus r* | cossonius *NPII: corr. Sigonius ex vet. lib.* Cesonius *Boendermakerianus r* ‖ 7 cum uitio Ducum bellum *r* ‖ 8 publico pudore *r* ‖ 10 ille *Gronovianus r* | quenquam intra: x·annos iterum *r* ‖ 11 licere: minime uellet *r* | sicuti *r* ‖ 13 minime ualuisset *r* | et cn *P* Cn. *Boendermakerianus r* ‖ 14 Cuius *r* | fecit *Iahnius* ‖ 15 sersyrus *NII* ·ser·syrus *P* ‖ 18 copiis iunctis *r* | contra Po. Ro. exercitumque eius *r* | *ultimum comma mihi suspectum est* ‖ 19 saepenumero *r* saepe prospere *Britzlmayrus*, saeve? ‖ 22 ad se disciplinam militie uerissimam P^1 ad seuerissimam disciplinam militie P^2 | generosissimam *Boendermakerianus r* ‖ 23 omnia enim *r*

cidit, duo milia scortorum a castris eiecit, militem cotidie in opere habuit et XXX dierum frumentum ad septenos vallos ferre cogebat. aegre propter onus incedenti dicebat: cum gladio te vallare scieris, vallum ferre desinito; alî scutum parum habiliter ferenti, amplius eum scutum iusto ferre, neque id se reprehendere, quando melius scuto quam gladio uteretur. quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus, si extraneus, virgis cecidit. iumenta omnia, ne exonerarent militem, vendidit. saepe adversus eruptiones hostium feliciter pugnavit. Vaccaei obsessi liberis coniugibusque trucidatis ipsi se interemerunt. Scipio amplissima munera missa sibi ab Antiocho, rege Syriae, cum celare alîs imperatoribus regum munera mos esset, pro tribunali [ea] accepturum se esse dixit omniaque ea quaestorem referre in publicas tabulas iussit: ex his se viris fortibus dona ⟨es⟩se daturum. cum undique Numantiam obsidione clusisset et obsessos fame videret urgeri, hostes, qui pabulatum exierant, vetuit occidi, quia diceret velocius eos absumpturos frumenti, quod haberent, si plures fuissent.

EX LIBRO LVIII

Tib. Sempronius Gracchus trib. pleb. cum legem agrariam ferret adversus voluntatem senatus et eques-

1 a *om. vet. lib. Delrii* | e castris *H. I. Muellerus* | omni die *r* ‖ 2 ac *Norvicensis r* ‖ 3 aegre — uteretur *(7) suspectat Woelfflinus* ‖ 4 tete *r* ‖ 5 alio *P* | alii nimium parum habiliter scutum ferenti eum scutum amplius iusto ferre iussit neque *r* ‖ 6 quoniam *r* ‖ 8 depre| si *N* deprehendisset *Madvigius* ‖ 9 fustibus cecidit *Bergianus* | iumenta quidem omnia ne exoneraret milites *r* ‖ 10 multotiens contra hostium eruptiones *r* ‖ 11 liberis et coniugibus *r* ‖ 15 ea *seclusit Freudenbergius* | eaque omnia *Boendermakerianus r* ‖ 16 hisce *Gronovianus* | hisse ueris--se daturum *NΠ* his seueris--se daturum *P: corr. Halmius* Ex iisce uiris fortibus munera se daturum *r* ‖ 18 obsessione *P* | clausisset *Gronovianus r* | oppressos *r* ‖ 19 interimi *r* ‖ 20 quod *r* | id frumenti *P*² frumentum *r* ‖ 23 S. Sempronius *r* ‖ 24 Agra-

tris ordinis: nequis ex publico agro plus quam ∞ iugera possideret, in eum furorem exarsit, ut M. Octavio collegae causam diversae partis defendenti potestatem lege lata abrogaret, seque et ⟨C.⟩ Gracchum fratrem et Appium Claudium socerum triumviros ad dividendum agrum crearet. promulgavit et aliam legem agrariam, qua sibi latius agrum patefaceret, ut idem triumviri iudicarent, qua publicus ager, qua privatus esset. deinde cum minus agri esset quam, quod dividi posset, sine offensa etiam plebis, qu⟨oni⟩am eos ad cupiditatem amplum modum sperandi incitaverat, legem se promulgaturum ostendit, ut his, qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia, quae regis Attali fuisset, divideretur. heredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenis filius. tot indignitatibus commotus graviter senatus, ante omnis T. Annius consul⟨aris⟩. qui ⟨cum⟩ in senatu in Gracchum perorasset, raptus ab eo ad populum delatusque plebi, rursus in eum pro rostris contionatus est. cum iterum trib. pleb. creari vellet Gracchus, auctore P. Cornelio Nasica in Capitolio ab optimatibus occisus est, ictus primum fragmentis subselli, et inter alios, qui in eadem seditione occisi erant, insepultus in flumen proiectus. res praeterea in Sicilia vario eventu adversus fugitivos gestas continet.

riam legem *Norvicensis r* || 1 decem *Leidensis r* centum *Vossianus* D *Sigonius Appianum civ. I 9 et Plutarchum Tib. Gracch. 8 secutus, sed v. de vir. inl. 64, 3* || 4 C. *om. NPΠr* fratrem Caium *vet. lib. Sigonii* | 6 diuidundum *r* || 7 qua si quis latius *r* | iidem omnino *r* || 10 quam eos*: corr. r* || 12 ostendit ob id ut iis *r* || 16 indignationibus *r* || 17 C. Antonius *r* | cos. *NPr: corr. Drakenborchius* proconsul *Guelferbytanus* | cum *add. r* quia (*om.* cum) *Iahnius* || 19 plebei *r* || 21 a primatibus *Norvicensis r* || 22 subselliorum *r* || 23 et in *Gronovianus r* || 25 aduersum *r*

EX LIBRO LVIIII

Numantini fame coacti ipsi se per vicem tra*ici*entes trucidaverunt, captam urbem Scipio Africanus delevit et de ea triumphavit XIIII anno post Carthaginem deletam. P. *Ru*pilius cos. in Sicilia cum fugitivis debellavit. Aristonicus, Eumenis regis filius, Asiam occupavit, cum testamento Attali regis legata populo R. libera esse debe*ret*. adversus eum P. Licinius Crassus cos., cum idem pontifex max.⟨esset⟩, quod numquam antea factum erat, extra Italiam profectus proelio victus et occisus est. M. Perperna cos. victum Aristonicum in deditionem accepit. Q. Pompeius Q. Metellus, tunc primum uterque ex plebe facti censores, lustrum condiderunt. censa sunt civium capita $\overline{\text{CCCXVIII}}$ DCCCXXIII praeter ⟨pupillos⟩ pupillas et viduas. Q. Metellus censor censuit, ut cogerentur omnes ducere uxores liberorum creandorum causa. extat oratio eius, quam Augustus Caesar, ⟨cum⟩ de maritandis *ordi*nibus ageret, velut in haec tempora scriptam in senatu recitavit. C. Ati*n*ius Labeo trib. pleb. Q. Metellum censorem, a quo ⟨in⟩ senatu legendo praeteritus erat, de saxo *deici* iussit; quod ne fieret, ceteri tribuni plebis auxilio fuerunt.

2 fame maxime *r* | uices *r* | tradentes*: correxi* trudentes *Gronovianus uncis saepsit Iahnius om. r* ‖ 4 post XIIII annos *NP*: *corr. r* ‖ 5 pautilius *N* p. autilius *PΠ: corr. Sigonius* P. rutilius *Guelferbytanus* C. Attilius *r* ‖ 6 regis eumenis *r* ‖ 7 populi romani (omani *et* R *supra* r *posita expunxit m. 1.*) *N* populi · R · *P* ‖ 8 deberent *NPΠ* ‖ 9 esset *om.* ‖ 10 interemptus *r* ‖ 11 Perpenna *r* ‖ 12 et Q. *r* ‖ 13 censores facti *r* | Lustrum a censoribus est conditum *Norvicensis r* ‖ 14 ciuium *om. r* | CCCXVII · *P*¹ $\overline{\text{CCCXVII}}$ *P*² ‖ 15 pupillas *(inter* u *et* p *rasura 4 vel 6 litterarum, in qua media littera* p *dispicitur) N* pupillas *P:* pupillos *add. Mommsenus* pupillos et *r* ‖ 16 ut ducere uxores omnes cogerentur omnino *r* ‖ 18 cum *add. Gronovianus r* | omnibus *NP Guelferbytanus* | uelut eo tempore *r* ‖ 19 attilius *(priorem* t *expunxit m. 2.) N* atilius *PΠ: corr. Frobenius* P. Attilius *r* ‖ 20 in *om.* ‖ 21 saxa fieri *NPΠ* saxo ferri *Boendermakerianus* ‖ 22 auxilio quam maxime fuerunt *r*

cum Carbo trib. plebi rogationem tulisset, ut eundem tribunum pleb., quotiens vellet, creare liceret, rogationem eius P. Africanus gravissima oratione dissuasit; in qua dixit Ti. Gracchum iure caesum videri. ⟨C.⟩ Gracchus contra suasit rogationem, sed Scipio *ten*uit. bella inter Antiochum, Syriae, et P*h*raaten, Parthorum regem, gesta nec magis quietae res Aegypti referuntur. Ptolemaeus Euergetes cognominatus, ob nimiam crudelitatem suis invisus, incensa a populo regia clam Cypron profugit, et cum soror⟨i⟩ eius Cleopatrae, quam filia eius virgine per vim conpressa atque in matrimonium duc*ta* repudiaverat, regnum a populo datum esset, infensus filium, quem ex illa habebat, ⟨in⟩ Cypro occidit caputque eius et manus et pedes matri misit. seditiones a triumviris Fulvio Flacco et C. Graccho et C. Papirio Carbone agro dividendo creatis excitatae. cum P. Scipio Africanus adversaretur fortisque ac validus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inventus est. suspecta fuit, tamquam ei venenum dedisset, Sempronia uxor hinc maxime, quod soror esset Gracchorum, cum quibus simultas Africano fuerat. de morte tamen eius nulla quaestio acta. defuncto eo acrius seditiones triumvirales exarserunt. C. Sempronius cos. adversus Iapy*d*as primo male rem gessit, mox victoria cladem acceptam emendavit virtute Decimi Iuni Bruti, eius qui Lusitaniam subegerat.

2 quotiens quidem uellet *r* ‖ 3 P. *om. N* ‖ 4 C. *add. Gronovius* ‖ 5 censuit *NPΠr: corr. Frobenius* ‖ 6 regem *ante* Syriae *add. r* | prahaten *NP* Phrahartem *r* ‖ 9 in Cyprum *r* ‖ 10 soror | cleopatrae (cleopatra *posteriore* a *m. 2. correcta ex* e *P*) quam filiam eius uirgine *NPΠ* cuius filiam uirginem *Delrii vet. lib.* Cleopatre: quam eius uirgine filia *r* ‖ 11 compressam *Gronovianus* ‖ 12 ducis *NPΠ* ductam *Gronovianus* ‖ 13 in *add. Norvicensis r* | Cypri *Leidensis* ‖ 15 et *post* Flacco *om. r* ‖ 16 Papirio *om. r* | de agro diuidundo *r* ‖ 17 quibus cum *r* | eis *post* Africanus *addidit Iahnius* ‖ 18 de die *Boendermakerianus* ‖ 22 Quo defuncto seditiones Triumuirales acrius *r* ‖ 24 contra *r* | iapygas *NΠ* Iapigas *Pr: corr. Sigonius et Gruterus*

EX LIBRO LX

L. Aurelius cos. bellantes Sardos subegit. M. Fulvius Flaccus primus transalpinos Liguras domuit bello, missus in auxilium Massiliensium adversus Sall*u*vios Gallos, qui fines Massiliensium populabantur. L. Opimius praetor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit, Fregellas diruit. pestilentia in Africa ab ingenti lucustarum multitudine et deinde necatarum strage fuisse traditur. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita CCCXCIIII DCCXXXVI. ⟨C.⟩Gracchus, Tiberi frater, trib. plebis, eloquentior quam frater, perniciosas aliquod leges tulit, inter quas frumentariam, ut se*n*is et triente frumentum plebi daretur; alteram legem agrariam, quam et frater eius *tul*erat; tertiam, qua equestrem ordinem tunc cum senatu consentientem corrumperet, ut sescenti ex equit*e* in curiam sublegerentur et, quia illis temporibus CCC tantum senatores erant, DC equites CCC senatoribus admiscerentur, id est ut equester ordo bis tantum virium in senatu haberet. et continuato in alterum annum tribunatu legibus agrariis latis effecit, ut complures coloniae in Italia deducerentur et una in solo dirutae Carthaginis, quo ipse triumvir creatus coloniam deduxit. praeterea res a

2 L. *om. r* | bellantes *om. r* rebellantes *Pighius* | M. *om. Pr* ‖ 3 primus omnium *r* | Ligures *r* | bello domuit *r* ‖ 4 missis *r* | Massiliensibus *r* | salauuios *NP* Sallauuios *II* saluinos *Gronovianus* Falanios *r* ‖ 5 populabantur fines Massiliensium *Norvicensis r* ‖ 7 a maxima multitudine locustarum *r* ‖ 8 nectarum *N* ‖ 10 cccxc milia *Gronovianus r* | C. *add. Frobenius* ‖ 12 aliquas *Leidensis r* ‖ 13 sexis et *NPII* sesis con *Vossianus* semis et *Norvicensis r: corr. Weissenbornius* senis cum *Mommsenus* ‖ 14 et *om. Norvicensis r* | fuerat*: corr. Gronovianus* ‖ 15 tunc *om. r* | consentiente *Gronovianus r* ‖ 16 ut — temporibus *om. r* | equitem*: corr. Gudianus* equitibus *Gronovianus* | in decurias *Goettlingius* ‖ 17 tantum *om. r* ‖ 18 Equites: ut trecentis *r* | id est — haberet *suspecta videntur Woelfflino* ‖ 19 in senatu *om. Bergianus* ‖ 23 praeterea — navigaret *(p. 74, 5) suspectat Woelfflinus*

Q. Metello cos. adversus Baleares gestas continet, quos Graeci Gymnesios appellant, quia aestatem nudi exigunt. Baleares a teli missu appellati aut a *Balio*, Herculis comite ibi relicto, cum Hercules ad Geryonen navigaret. motus quoque Syriae referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum suum et Seleucum filium indignata, quod occiso patre eius a se iniussu suo diadema sumpsisset, interemit.

EX LIBRO LXI

C. Sextius pro cos. victa Salluviorum gente coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam *e* caldis frigidisque fontibus atque a nomine suo ita appellatas. Cn. Domitius procos. adversus Allobrogas ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit. quibus bellum inferendi causa fuit, quod Toutomotulum, Salluviorum regem, fugientem recepissent et omni ope iuvissent, quodque Aeduorum agros, ⟨sociorum⟩ populi R., vastassent. C. Gracchus seditioso tribunatu acto cum Aventinum quoque armata multitudine occupasset, a L. Opimio cos. ex S. C. vocato ad arma populo pulsus et occisus est, et cum eo Fulvius Flaccus consul⟨aris⟩, socius eiusdem furoris. Q. Fabius Maximus cos., Pauli nepos, adversus Allobrogas et Bituitum, Arvernorum regem, feliciter pugnavit. ex Bituiti exercitu occisa milia CXX; ipse cum ad satisfaciendum senatui Romam

1 quas — gymnesias *NPr: corr. Iahnius* ‖ 2 exigant *r* ‖ 2 blato *NPΠ* Balteo *Norvicensis r* ‖ 4 tunc cum *r* ‖ 7 multum indignata *r* ‖ 10 C. *om. Vossianus* | Sestius *r* | Salinorum *r* ‖ 11 Sestias *r* | et *NPr* ‖ 12 calidis frigidisque *r* ‖ 13 contra Allobroges *r* ‖ 14 multum feliciter *r* ‖ 15 touto motulum *NΠ* ton to mo tulum *P* teutomotulum *Lovelianus 2* teutomalium *r* | Saliuorum *r* ‖ 17 sociorum *add. r* amicorum *add. Boendermakerianus* ‖ 19 armata quoque *r* | occupauisset *r* ‖ 20 apopulo pulsus interemptusque *r* ‖ 21 cos.*: corr. Sigonius ex vet. lib. om. r* ‖ 22 furoris *om. r* ‖ 23 Allobroges *r* ‖ 24 bituitu *NPΠ* Bituitus? ‖ 25 et cum ipse *r*

profectus esset, Albam custodiendus datus est, quia contra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. decretum quoque est, ut Congonnetiacus, filius eius, conprehensus Romam mitteretur. Allobroges in deditionem recepti. L. Opimius accusatus aput populum a. Q. Decio trib. pl., quod indemnatos cives in carcerem coniecisset, absolutus est.

EX LIBRO LXII

Q. Marcius cos. Stynos, gentem Alpinam, expugnavit. Micipsa, Numidiae rex, mortuus regnum tribus filiis reliquit: Adherbali Hiempsali Iugurthae, fratris filio, quem adoptaverat. L. Caecilius Metellus Dalmatas subegit. Iugurtha Hiempsalem fratrem petît bello. qui victus occidit⟨ur⟩; Atherbalem regno expulit; is a senatu restitutus est. L. *Caecil*ius Metellus Cn. Domitius Ahenobarbus censores duos et XXX senatu moverunt. praeterea motus Syriae re*gu*mque continet.

EX LIBRO LXIII

C. Porcius cos. in Thracia male adversus Scordiscos pugnavit. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita $\overline{\text{CCCXCIIII}}$ CCCXXXVI. Aemilia Licinia Marcia, virgines Vestales, incesti damnatae sunt, idque incestum quem ad modum et commissum et deprehensum et vindicatum sit refertur. Cimbri,

1 albam — est *post* remitteretur *P* | albae *Leidensis r* ‖ 3 Congentiatus *r* ‖ 5 accepti *r* ‖ 7 liberatus *Norvicensis r* ‖ 9 Stinos *Gronovianus* Sarnios *r* ‖ 10 Numidarum *r* ‖ 11 Hyempsali *r* | et iugurte *Gronovianus r* ‖ 12 in filium adoptauerat *r* ‖ 13 obsedit *r* | bello petiit *r* ‖ 14 quem uictum *Bergianus r* | occidit*: corr. Iahnius* interemit *r, an* victum occidit, *omisso* qui? | qui a *r* ‖ 15 l. domitius metellus *NPΠ* ‖ 17 regnumque *NPΠr: corr. Gronovianus* ‖ 19 Cato porcius *Leidensis r* | Sardiscos *Norvicensis r* ‖ 22 et Marcia *r* | uestales uirgines *P* ‖ 23 et *ante* commissum *om. Vossianus r* ‖ 24 et *om. ante* deprehensum *r*

gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt. ab his Papirius Carbo cos. cum exercitu fusus est. Livius Drusus cos. adversus Scordiscos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit.

EX LIBRO LXIIII

Atherbal bello petitus ab Iugurtha et in oppido Cirtha obsessus contra denuntiationem senatus ab eo occisus est, et ob hoc bellum Iugurthae indictum, idque Calpurnius Bestia cos. gerere iussus pacem cum Iugurtha iniussu populi et senatus fecit. Iugurtha fide publica evocatus ad indicandos auctores consiliorum suorum, quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur, Romam venit et propter caedem admissam in regulum quendum nomine Massivam, qui regnum eius populo R. invisi adfectabat, [Romae interfectum] cum periclitaretur causam capitis dicere, clam profugit et cedens urbe fertur dixisse: o urbem venalem et cito perituram, si emptorem invenerit. *A.* Postumius legatus infeliciter proelio adversus Iugurtham gesto pacem quoque adiecit ignominiosam, quam non esse servandam senatus censuit.

EX LIBRO LXV

Q. Caecilius Metellus cos. duobus proeliis Iugurtham fudit totamque Numidiam vastavit. M. Iunius Silanus

1 ab iis *r* ‖ 3 sardiscos *Gronovianus r* ‖ 4 pugnauit magnumque honorem tulit *r* ‖ 6 ADherbal *r* | a *r* ‖ 7 Cyrtha *Boendermakerianus r* ‖ 8 et *om. r* | ipsi Iugurthae bellum *r* | Idque etiam Calphurnius *r* ‖ 11 indicandum consiliorum suorum autores *r* ‖ 14 masinissam *Bergianus r* | populorum inuisi *N* | iniussu *Boendermakerianus* ‖ 15 appetebat *r* | Romae interfectum *seclusit Iahnius* interfectum Rome *r* ‖ 16 dicere iussus *Guelferbytanus r* ‖ 18 aurelius postumius *NPΠ* ‖ 19 gesto conflixit *Boendermakerianus r* | Pacemque etiam multum ignominiosam adiecit: quam quidem minime esse *r* ‖ 23 M. Cecilius *r* ‖ 24 et uniuersam *r* | Syllanus *r*

cos. adversus Cimbros infeliciter pugnavit. legatis Cimbrorum sedem et agros, in quibus consisterent, postulantibus senatus negavit. M. Minucius pro cos. adversus Thracas prospere pugnavit. L. Cassius cos. a Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui a civitate secesserant, in finibus Nitiobrogum cum exercitu caesus est. milites, qui ex ea caede superaverant, obsidibus datis et dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt.

EX LIBRO LXVI

Iugurtha pulsus a C. Mario Numidia cum auxilio Bocchi, Maurorum regis, adiutus esset, caesis proelio Bocchi quoque copiis, nolente Boccho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere [noluit] vi⟨n⟩ctus ab eo et Mario traditus est; in qua re praecipua opera L. Corneli Syllae, quaestoris C. Mari, fuit.

EX LIBRO LXVII

M. Aurelius Scaurus, legatus consulis, a Cimbris fuso exercitu captus est, et cum in consilium ab his advocatus deterreret eos, ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quod dicer*et* Romanos vinci non posse, a Boi*o*r*i*ge, feroci iuvene, occisus est. ab *i*sdem hostibus Cn. Ma*n*lius cos. et Q. Servilius Caepio procos. victi proelio castris quoque binis exuti sunt, militum milia LXXX occisa, calonum et lixarum XL secundum

1 aduersum *r* ‖ 2 considerent *r* *Ascensius* ‖ 3 contra *r* ‖ 4 feliciter quidem *r* ‖ 6 Allobrogum *r* ‖ 7 ex hac *P* | clade *Vossianus r* ‖ 10 *inscriptio om.* ‖ 11 ex Numidia *r* | cum *om. r* ‖ 12 est et caesis *NPr* ‖ 14 noluit *om. Gronovianus r* voluit. *Iahnius* | uictus ‖ 15 traditus mario *Vossianus r* ‖ 18 A. Aurelius *r* ‖ 19 iis euocatus *r* ‖ 21 dicerent | minime *r* ‖ 22 ab olorege *N* ab olo rege P^1 abolo rege P^2: *corr. Freinshemius* A Bolo Rege *r* | hisdem *NP* iisdem *r* ‖ 23 marius *NPΠ* | cos. *om. r* | Proconsules *r* ‖ 24 castrisque *r* ‖ 25 Octoaginta milia militum *r* | XL P^1 $\overline{\text{XL}}$ P^2

A⟨ntiatem apud⟩ *Ar*ausionem. Caepionis, cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt primi post regem Tarquinium imperiumque ei abrogatum. in triumpho C. Mari ductus ante currum eius Iugurtha cum duobus filiis et in carcere necatus est. Marius triumphali veste in senatum venit, quod nemo ante eum fecerat, eique propter metum Cimbrici belli continuatus per conplures annos est consulatus. secundo et tertio absens consul creatus quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est. Cn. Domitius pont. max. populi suffragio creatus est. Cimbri vastatis omnibus, quae inter Rhodanum et Pyrenaeum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi ibique multa loca populati a Celtiberis fugati sunt, reversique in Galliam in *Ve*lio*c*assis se Teutonis coniunxerunt.

EX LIBRO LXVIII

M. Antonius praetor in Ciliciam maritimos praedones [id est piratas] persecutus est. C. Marius cos. summa vi oppugnata a Teutonis et Ambronibus castra defendit. duobus deinde proeliis circa Aquas Sextias eosdem hostes delevit, in quibus caesa traduntur hostium $\overline{CC}$, capta $\overline{XC}$. Marius absens quin*to* cos. creatus est. triumphum oblatum, donec et Cimbros vinceret,

1 aprausionům *N* aprausionem *Π* a. p. r. ausionem *P: corr. Gronovius, supplevit Zangemeisterus collato Orosio V 16, 3* Po. Ro. iussionem *r* ‖ 3 primoque *r* | que *om. r* ‖ 5 est *om. r* ‖ 7 cimbrici *(2. ci add. m. 2.)* belli metum *Pr* ‖ 8 quamplures *Leidensis r* | annos triumfatus est consulatus *N* annos triumphatus est. Consulatu *P* annos magistratus est. Consulatu *r* ‖ 11 cimbrius *N* ‖ 12 quae circa *r* ‖ 15 inbelli cosis. et eutonis *N* inbellicosis et (se P^2) teutonis *P: corr. Mommsenus* bellicosis quidem se Teutonis *r* in belli casus *Oudendorpius* ‖ 17 A. Antonius *r* | siciliam *Guelferbytanus* Sicilia *r* ‖ 18 id est piratas *om. Gronovianus r, Woelfflinus confert Festi brev. 12, 3* | maritimos — est *del. Iahnius* | persequutus *r* ‖ 20 Sestias *r* ‖ 21 eos *Pr* | hostes *mihi suspectum* ‖ 22 ·cc· capta ·xc· *N* | quinquies *NPΠ: corr. Gronovianus* quintum *r* ‖ 23 et *om. r*

distulit. Cimbri cum repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo procos., qui fauces Alpium obsidebat † flumen Atisim castellum editum insederat relinqueret, † quae tamen virtute sua explicata fugientem procos. exercitumque consecuta est, in Italiam traiecissent, † iunctisque eiusdem Catuli et C. Mari exercitibus proelio victi sunt; in quo caesa traduntur hostium CXL, capta LX. Marius totius civitatis consensu exceptus pro duobus triumphis, qui offerebantur, uno contentus fuit. primores civitatis, qui *ei* aliquamdiu ut novo homini ad tantos honores *evecto* inviderant, conservatam ab eo rem p. fatebantur. Publicius Malleolus matre occisa primus in culleo insutus in mare praecipitatus est. ancilia cum strepitu mota esse, antequam Cimbricum bellum consummaretur, refertur. bella praeterea inter Syriae reges gesta continet.

EX LIBRO LXVIIII

L. Apuleius Saturninus, adiuvante C. Mario et per milites occiso A. Nunnio competitore tribunus plebis per

1 cum *om. r* ‖ 2 obsederat *r* | 3 atissim *NΠ* | flumen Athesim transgressi, quod insederat, ut relinqueret, effecerunt. qui tamen in castello fuerunt, v. s. expliciti — consecuti sunt *Gronovius* flumenque Athesim ita ut parvam manum quae castellum *Iahnius* ⟨et at⟩ flumen Atisim cast. ed. ins. ⟨cohorte⟩ reliquerat⟨que⟩, quae *ego v. Plutarchus Mar. 23* flumen Athesim transgressi castellum editum (Eduum *Susianus*), quod insederat, ut reliquerat, effecerunt. quem tamen uirtute sua explicita fugientem proconsulem exercitumque consecutus est. In Italiam cum deinde traiecissent *Guelferbytanus Barberinianus* et ad flumen Athesim castellum editum insederat: reliqueratque: ubi uirtute sua explicata fugientem proconsulem exercitumque prosequuti in Italiam traiecissent *r* ‖ 4 explicita *P* ‖ 5 iunctis *r* ‖ 7 sunt ab eis *r* | capita *N* capita *P* ‖ 8 receptus *Boendermakerianus r* ‖ 10 et: *corr. Iahnius om. r* | aliquantulum *r* ‖ 11 euicto ‖ 12 p. malleolus *Bergianus r* | interempta *r* ‖ 13 primus omnium insutus culleo *r* | in culleum *Halmius* ‖ 15 referuntur *r* ‖ 16 gesta *om. r* ‖ 18 L.] Cn. *NΠ* Gn. *P: corr. Sigonius* N N. *r* ‖ 19 Numio *Bergianus r*

vim creatus, non minus violenter tribunatum, quam petierat, gessit et cum legem agrariam per vim tulisset, Metello Numidico, quod in eam non iuraverat, diem dixit. qui cum a bonis civibus defenderetur, ne causa certaminum esset, in exilium voluntarium, Rhodum, profectus est, ibique audiendo et legendo magnos viros avocabatur. profecto C. Marius, seditionis auctor, qui sextum consulatum pecunia per tribus sparsa emerat, aqua et igni interdixit. idem Apuleius Saturninus trib. pleb. C. Memmium, candidatum consulatus, quoniam adversarium *eum* actionibus suis timebat, occidit. quibus rebus concitato senatu, in cuius causam et C. Marius, homo varî et mutabilis ingenii consiliique semper secundum fortunam, transierat, oppressus armis cum Glaucia praetore et aliis eiusdem furoris ⟨sociis⟩ bello quodam interfectus est. Q. Caecilius Metellus ab exilio ingenti totius civitatis favore reductus est. *M'.* Aquilius procos. in Sicilia bellum servile excitatum confecit.

EX LIBRO LXX

Cum *M'.* Aquilius de pecuniis repetundis causam diceret, ipse iudices rogare noluit; M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam a pectore eius discidit, ut honestas cicatrices ostenderet. indubitate absolutus

3 qui *Leidensis* eo quod *Bergianus r* | minime iurasset *r* ‖ 5 malorum certaminum *r* | uoluntarium exsilium *r* ‖ 6 legendo et audiendo *r* ‖ 7 aduocabat *Gronovianus r* vacabat *Frobenius* otiabatur *Halmius* ‖ 7 sextum quidem *r* ‖ 8 pecunia *om. P* | per tribus: sparsa pecunia *r* ‖ 10 consulatus petitorem maximum: quem *r* ‖ 11 eius *NPII: corr. Iahnius* | interemit *r* ‖ 12 concitato quam plurimum *Norvicensis r* | eius *Boendermakerianus r* ‖ 13 mutabilis et uarii consilii ingeniique: qui semper *r* | consiliumque ‖ 14 transierat: eum tueri minime posset *r* ‖ 15 sociis *add. r, v. p. 74, 17* ‖ 16 a Rabirio quodam *Sigonius* telo qu. *Freinshemius* a Vibellio qu. *Halmius* ‖ 17 fauore ciuitatis *r* | M. *NPr: corr. Sigonius* ‖ 18 Con. in *r* | concitatum *r* ‖ 20 Cum — auctor *(81, 1) del. Woelfflinus* | M. *NPr: corr. Sigonius* 21 rogare iudices *r* ‖ 23 et *ante* indub. *add. Francofurtensis anni 1578* quibus conspectis *add. r* | indubitanter *r* | obsolutus *r*

est. Cicero eius rei solus auctor. T. Didius procos. adversus Celtiberos feliciter pugnavit. Ptolemaeus, Cyrenarum rex, cui cognomen Apionis fuit, mortuus heredem populum R. reliquit, et eius regni civitates senatus liberas esse iussit. Ariobarzanes in regnum Cappadociae a L. Cornelio Sylla reductus est. Parthorum legati a rege Arsace missi venerunt ad Syllam, ut amicitiam populi R. peterent. P. Rutilius, vir summae innocentiae, quoniam legatus C. Muci pro cos. a publicanorum iniuriis Asiam defenderat, invisus equestri ordini, penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus in exilium missus est. C. Sentius praetor adversus Thracas infeliciter pugnavit. senatus cum inpotentiam equestris ordinis in iudiciis exercendis ferre nollet, omni vi eniti coepit, ut ad se iudicia transferret, sustinente causam eius M. Livio Druso trib. pleb., qui ut vires sibi adquireret, perniciosa spe largitionum plebem concitavit. praeterea motus Syriae regumque continet.

EX LIBRO LXXI

M. Livius Drusus trib. pleb., quo maioribus viribus senatus causam susceptam tueretur, socios et Italicos populos spe civitatis Romanae sollicitavit, îsque adiuvantibus per vim legibus agrariis frumentariisque latis iudiciariam quoque pertulit, ut aequa parte iudicia penes senatum et equestrem ordinem essent. cum deinde promissa sociis civitas praestari non posset, irati Italici defectionem agitare coeperunt. eorum coetus

1 T. *om. r* ‖ 2 aduersum *r* ‖ 3 cognomentum *r* | alypionis *NPΠ* Appionis *r* ‖ 4 eas *NPΠ* ‖ 7 arsale*: corr. Gronovianus* | ad syllam uenerunt *Norvicensis r* ‖ 8 a Po. Ro. *r* ‖ 9 qui Legatus C. Marii *r* ‖ 11 quem uicia *r* ‖ 12 C. Geminius *r* | contra *r* ‖ 14 niti *Pr* ‖ 15 transferrentur *r* populus transferret *Britzelmayrus* ‖ 17 largitionem*: corr. Gruterus* largitione *Guelferbytanus* largitionis *r* ‖ 20 T. *r* | qui *NPΠ: corr. Iahnius* qui ut *Guelferbytanus* ut *r* ‖ 24 legem quoque iudicialem tulit *r* ‖ 27 coeperunt agitare *r* | coitus: *corr. Dukerus*

coniurationesque et orationes in consiliis principum referuntur. propter quae Livius Drusus invisus etiam senatui factus velut socialis belli auctor, incertum a quo domi occisus est.

EX LIBRO LXXII

Italici populi defecerunt: Picentes Vestini Marsi Paeligni Marrucini Samnites Lucani. initio belli a Picentibus moto Q. Serv*ili*us procos. in oppido ⟨Asculo⟩ cum omnibus civibus R., qui in eo oppido erant, occisus est. saga populus sumpsit. Servius Galba a Lucanis comprehensus, unius feminae opera, ad quam devertebatur, ⟨e⟩ captivitate receptus est. Aesernia et Alba coloniae ab Italicis obsessae sunt. auxilia deinde Latini nominis ⟨et⟩ exterarum gentium missa populo R. et expeditiones invicem expugnationesque urbium referuntur.

EX LIBRO LXXIII

L. Iulius Caesar cos. male adversus Samnites pugnavit. Nola colonia in potestate⟨m⟩ Samnitium venit cum L. Postumio praetore, qui ab his interfectus est. complures populi ad hostes defecerunt. cum P. Rutilius cos. parum prospere adversus Marsos pugnasset et in eo proelio cecidisset, C. Marius, legatus eius, meliore eventu cum hostibus acie conflixit. Serv*i*us Sul⟨picius⟩ Paelignos proelio fudit. Q. Caep*io*, legatus Rutili, cum obsessus prospere in hostes inrupisset, et ob eum suc-

1 orationesque *r* | conciliis *r* ‖ 2 etiam senatui inuisus *r* ‖ 7 lucani samnites *Norvicensis r* ‖ 8 seruaeus*: corr. Boendermakerianus* seruius *Vossianus* | Asculo *add. Gronovianus r, an* Asculi [in opp.]*?* ‖ 10 seruilius *Norvicensis r* ‖ 12 e *add. Iahnius* | exemptus *r* ‖ 13 demum *r* ‖ 14 et *addidi* | externarumque *r* ‖ 15 urbiumque expugnationes *r* ‖ 18 C. iulius caesar *Guelferbytanus* C. caesar *Norvicensis r* ‖ 19 potestate | uenit *post* praetore *r* ‖ 20 cum *om. N* | ab his *om. r* | interemptus *r* ‖ 22 contra *r* ‖ 23 eo *om. r* | meliore quidem *r* ‖ 24 acie *om. Pr* | sex. sul *NPr: corr. Moguntina* ‖ 25 proelio *om. r* | caepilio ‖ 26 erupisset *Boendermakerianus*

cessum aequatum ei cum C. Mario esset imperium, temerarius factus et circumventus insidiis fuso exercitu cecidit. L. Iulius Caesar cos. feliciter adversus Samnites pugnavit. ob eam victoriam Romae saga posita sunt. et ut varia belli fortuna esset, Aesernia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit, sed et C. Marius proelio Marsos fudit, Hierio Asinio, praetore Marrucinorum, occiso. C. Cae⟨ci⟩lius in Gallia transalpina Sal⟨lu⟩vios rebellantes vicit.

EX LIBRO LXXIIII

Cn. Pompeius Picentes proelio fudit, obsedit. propter quam victoriam Romae praetextae et alia magistratuum insignia sumpta sunt. C. Marius cum Marsis dubio eventu pugnavit. libertini tunc primum militare coeperunt. *A.* Plotius legatus Vmbros, L. Porcius praetor *Etrusc*os, cum uterque populus defecisset, proelio vicerunt. Nicomedes in Bithyniae, Ariobarzanes in Cappadociae regnum reducti sunt. Cn. Pompeius cos. Marsos acie vicit. cum aere alieno pressa esset civitas, A. Sempronius Asellio praetor, quoniam secundum debitores *ius* dicebat, ab his, qui faenerabant, in foro occisus est. praeterea incursiones Thracum in Macedonia⟨m⟩ populationesque continet.

EX LIBRO LXXV

A. Postumius Albinus legatus cum classi praeesset, infamis crimine perd*uell*ionis ab exercitu suo inter-

3 Iulius *om. r* | contra *r* ‖ 7 hirno: *correxi Eutropium V 3 secutus* hirnio *r* Herio *Gronovius* ‖ 8 caelius *NII* coelius *P* ‖ 9 saluios *NP* Saliuos *r* ‖ 11 et obsedit *Gronovianus r lacunam post* fudit *indicavit Iahnius, at v. p. 86, 8, al.* Asculum obsedit *Kornemanus* ‖ 12 aliaque Magistratuum ornamenta insignia *r* ‖ 14 tum *Gronovianus r* ‖ 15 aurelius *NIIPr* ‖ 16 umbros: *corr. Dukerus* marsos *Guelferbytanus r* ‖ 19 alienos praessa *N* alieno pressa *P* alieno oppressa *r* ‖ 20 Asellius *r* ‖ 21 eius | fenerabantur *r* ‖ 22 macedonia ‖ 25 Aurelius *NPII* L. *r* | Legatus in obsidione castrorum hostium (hostilium *r*) cecidit Sulpicius legatus *Gronovianus alii r v. p. 84, 15* ‖ 26 perditiones *N* per deditionis *P:*

fectus est. L. Cornelius Sylla legatus Samnites proelio vicit et bina castra eorum expugnavit. Cn. Pompeius Vestinos in deditionem accepit. L. Porcius cos. rebus prospere gestis fusisque aliquotiens Marsis, dum castra eorum expugnat, cecidit. ea res hostibus victoriam eius proelii dedit. Cosconius et Lucanus Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobilissimum hostium ducem, occiderunt, compluraque oppida in deditionem acceperunt. L. Sylla Hirpinos domuit, Samnites pluribus proeliis fudit, aliquot populos recepit, quantisque raro quisquam alius ante consulatum rebus gestis ad petitionem consulatus Romam est profectus.

EX LIBRO LXXVI

A. Gabinius legatus rebus adversus Lucanos prospere gestis et plurimis oppidis expugnatis in obsidione hostium castrorum cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit totamque eam regionem recepit. Cn. Pompeius procos. Vestinos et Paelignos in deditionem accepit. Marsi quoque a L. Cinna et Caecilio Pio legatis aliquot proeliis fracti petere pacem coeperunt. Asculum a Cn. Pompeio captum est. caesis et a Mamerco Aemilio legato Italicis Silo Poppaedius, dux Marsorum, auctor eius rei, in proelio cecidit. Ariobarzanes Cappadociae, Nicomedes Bithyniae regno a Mithridate, Ponti rege, pulsi sunt. praeterea incursiones Thracum in Macedonia⟨m⟩ populationesque continet.

correxi, cf. Oros. V 18, 22 et Valer. Max. IX 8, 3 proditionis *Gronovianus r* ‖ 1 est *om. Norvicensis r* ‖ 4 iussisque *NII* ‖ 6 Luceius *Norvicensis r* Lucceius *Gronovius* ‖ 8 eorum oppida *r* ‖ 9 accepit | multis *r* ‖ 10 populus *r* ‖ 11 alius *om. r* ‖ 14 Aurelius *NP* F. *r* | aduersum *r* ‖ 15 gestis. multis oppidis *r* ‖ 16 castrorum hostilium *r* ‖ 17 Maruncinos *r* | uniuersamque *r* ‖ 19 pinna: *corr. Iahnius* murena *Gronovianus r* ‖ 20 pinna *NPΠr: corr. Sigonius* | pacem petere *Π* pacem petierunt *r* ‖ 21 et *om. r* ‖ 22 Poppaedius] *v. quae dixi ad Florum II 6, 6* Popedius *r* ‖ 23 huius *r* totius *Weissenbornius* huius belli *Cluverius* ‖ 24 ariobazanes *N* ‖ 26 macedonia | populationesque *om. r*

EX LIBRO LXXVII

Cum P. Sulpicius trib. pleb. auctore C. Mario perniciosas leges promulgasset, ut exsules revocarentur, et novi cives libertinique ⟨in tribus⟩ distribuerentur, et ut C. Marius adversus Mithridaten, Ponti regem, dux crearetur, et adversantibus consulibus Q. Pompeio et L. Syllae vim intulisset, occiso ⟨Q. Pompeio⟩, Q. Pompei cos. filio, genero Syllae, L. Sylla cos. cum exercitu in urbem venit et adversus factionem Sulpici et Mari in ipsa urbe pugnavit eamque expulit. ex qua XII a senatu hostes, inter quos C. Marius pater et filius, iudicati sunt. P. Sulpicius cum in quadam villa lateret, indicio servi sui retractus et occisus est. servus ut praemium promissum indici haberet, manumissus et ob scelus proditi domini de saxo deiectus est. C. Marius filius in Africam traiecit. C. Marius pater cum in paludibus Minturnensium lateret, extractus est ab oppidanis, et cum missus ad occidendum eum servus natione Gallus maiestate tanti viri perterritus recessisset, inpositus publice navi delatus est in Africam. L. Sylla civitatis statum ordinavit, exinde colonias deduxit. Q. Pompeius cos. ad accipiendum a Cn. Pompeio pro cos. exercitum profectus consilio eius occisus est. Mithridates, Ponti rex, Bithynia et Cappadocia occupatis et pulso Aquilio legato Phrygiam, provinciam populi R., cum ingenti exercitu intravit.

4 in tribus *om.* | distribuerentur in tribus *r* in quinque et triginta tribus distr. *Halmius* ‖ 5 ut consul marius *Pr* | mithridatẽ ‖ 6 aduersantis *r* ‖ 7 occisoque pompei NP^2r occisoque pompeio *Guelferbytanus: corr. Sigonius et Hertzius* ‖ 10 ex quo *r* ‖ 11 Con. Marius *r* ‖ 13 et occisus *bis N* ‖ 14 promissi *NPΠr* | indicii *NPΠr: corr. Gronovius* | est et *r* est set *Halmius* ‖ 15 ob hoc scelus *P, quo recepto nescio an* proditi domini *delendum sit* | domini proditi *r* | saxa *NPΠ* ‖ 18 missus *post* eum *Leidensis r* ‖ 19 periturus *P* | precessisset *N* ‖ 20 in naui *Norvicensis Πr* ‖ 21 dedixit *r* reduxit *A. Kienius* ‖ 22 capiendum *r* ‖ 25 M'. Aquilio *Weissenbornius*

EX LIBRO LXXVIII

Mithridates Asiam occupavit, Q. Oppium procos., item Aquilium legatum in vincula coniecit, iussuque eius, quidquid civium R. in Asia fuit, uno die trucidatum est. urbem Rhodum, quae sola in fid*e* populi R. manserat, oppugnavit et aliquot proeliis navalibus victus recessit. Archelaus, praefectus reg*is*, in Graeciam cum exercitu venit, Athenas occupavit. praeterea trepidationem urbium insularumque, aliis ad Mithridate*n*, aliis ad populum R. civitates suas trahentibus, continet.

EX LIBRO LXXVIIII

L. Cornelius Cinna cos. cum perniciosas leges per vim atque arma ferret, pulsus urbe ab Cn. Octavio collega cum †sex tribunis plebis imperioque ei abrogato, corruptum Appi Claudi exercitum in potestatem suam redegit et bellum urbi intulit, arcessito C. Mario ex Africa cum aliis exulibus. in quo bello duo fratres, alter ex Pompei exercitu, alter ex Cinnae, ignorantes concurrerunt, et cum victor spoliaret occisum, agnito fratre ingenti lamentatione edita, rogo ei extructo, ipse se supra rogum transfodit et eodem igne consumptus est. et cum opprimi inter initia potuisset, Cn. Pompei fraude, qui utramque partem fovendo vires Cinnae dedit nec nisi profligatis optimatium rebus auxilium tu*lit*, et consulis segnitia confirmati Cinna et Marius quattuor exercitibus, ex quibus duo Q. Sertorio

3 M'. *post* item *addidit Halmius* ‖ 5 fidem .pr. manserat *NΠ* fidem (fide *r*) permanserat *Pr* ‖ 7 regni ‖ 9 mithridatẽ *N* mitridatẽ *P* ‖ 13 A. *r* | cos. *om. Bergianus r* ‖ 14 atque arma *om. Boendermakerianus r* ‖ 15 cum Sex. tri. pl. *Norvicensis r* cum Sertorio *Linkerus* ‖ 18 cum aliis ex africa P^1 *(corr.* P^2*)* | ex Africa *post* exulibus *Norvicensis r* ‖ 20 mortuum spoliaret *r* ‖ 22 supra rogum se *r* ‖ 23 potuisset] *videlicet* bellum, potuissent *Gronovianus* ‖ 26 tuiti | segnitie *r* ‖ 27 quorum *r*

et Carboni dati sunt, urbem circumsederunt. Ostiam coloniam ⟨Marius⟩ expugnavit et crudeliter diripuit.

EX LIBRO LXXX

Italicis populis a senatu civitas data est. Samnites, qui soli arma recipiebant, Cinnae et Mario se coniunxerunt. ab his Plautius legatus cum exercitu caesus est. Cinna et Marius cum Carbone et Sertorio Ianiculum oppugnaverunt et fugati ab Octavio consule recesserunt. Marius Antium et Ariciam et Lanuvium colonias expugnavit. cum spes nulla esset optimatibus resistendi propter segnitiam et perfidiam et ducum et militum, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut in diversas partes transiebant, Cinna et Marius in urbem recepti sunt; qui velut captam eam caedibus ac rapinis vastaverunt, Cn. Octavio cos. occiso et omnibus adversae partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio, eloquentissimo viro, et C. L.⟨que⟩ Caesare, quorum capita in rostris posita sunt. Crassus filius ab equitibus Fimbriae occisus, pater Crassus, ne quid indignum virtute sua pateretur, gladio se transfixit. et citra ulla comitia consules in sequentem annum se ipsos renuntiaverunt. eodemque die, quo magistratum inierant, Marius S. Licinium senatorem de saxo deici iussit, editisque plurimis sceleribus idibus Ianuar. decessit, vir, cuius si examinentur cum virtutibus vitia, haut facile sit dictu, utrum bello melior an pace per-

2 Marius *om.* ‖ 6 plautius cum *Pr (om.* legatus, *quod est in NII)* ‖ 8 occupauerunt *Leidensis r* expugnauerunt *Guelferbytanus* ‖ 9 antiam *NP* Antium quidem *r* | Lauinium *Gronovianus r* | deuastauit *r* ‖ 10 nulla spes *P Gronovianus* nulla omnino spes *r* ‖ 11 segnitiem *r* ‖ 12 ad diuersas *r* ‖ 13 transibant *Pr* | urbe *r* ‖ 14 raptam *Norvicensis r* | et *r* | uastarunt *r* ‖ 15 omnia *N* omni *P* ‖ 17 que *add. Hertzius* et *Drakenborchius* ac *Weissenbornius* | Caesaribus *Gronovius* ‖ 18 rostra *N* | sunt *om. r* ‖ 19 interemptus *r* ‖ 24 pluribus *Vossianus* multis *r* ‖ 26 doctu *r*

niciosior fuerit. adeo quam rem p. armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit.

EX LIBRO LXXXI

L. Sylla Athenas, quas Archelaus, praefectus Mithridatis, occupaverat, circumsedente et cum magno labore expugnare ** urbi libertatem et, quae habuerat, reddidit. Magnesia, quae sola in Asia civitas in fide manserat, summa virtute adversus Mithridaten defensa est. praeterea excursiones Thracum in Macedoniam continet.

EX LIBRO LXXXII

Sylla copias regis, quae Macedonia occupata in Thessaliam venerant, proelio vicit, caesis hostium $\overline{C}$ et castris quoque expugnatis. renovato deinde bello iterum exercitum regis fudit ac delevit. Archelaus cum classe regia Syllae se tradidit. L. Valerius Flaccus cos., collega Cinnae, missus ut Syllae succederet, propter avaritiam invisus exercitui suo a C. Fimbria, legato ipsius, ultimae audaciae homine, occisus est et imperium ad Fimbriam translatum. praeterea expugnatae in Asia urbes a Mithridate et crudeliter direpta provincia, incursiones Thracum in Macedoniam referuntur.

EX LIBRO LXXXIII

Fl. Fimbria in Asia fusis proelio aliquot praefectis Mithridatis urbem Pergamum cepit obsessumque regem

3 hostiliter *om. r* ‖ 6 occuparat *r* | circumsedit *Gronovianus r* | maximo *r* ‖ 7 expugnauit *Gronovianus r* expugnante *Guelferbytanus* expugnaret *Iahnius* | et ciuibus quae habuerant *r* ‖ 10 excursiones *om. P Gronovianus* | res Thracum *Lovelianus 2* thracum gesta *Guelferbytanus* | Macedonia *Vossianus r* ‖ 11 gesta continet *r* ‖ 13 Tylla *r et deinceps* ‖ 14 et *om. r* ‖ 16 exercitum eius *r* ‖ 23 incursionesque *r* ‖ 25 E. fimbria *r* L. fimbria *Guelferbytanus* | proelio *om. r* | copiis *r*

non multum afuit, quin caperet. urbem Ilium, quae se potestati Syllae reservabat, expugnavit ac delevit et magnam partem Asiae recepit. Sylla compluribus proeliis Thracas cecidit. cum L. Cinna et Cn. Papirius Carbo, a se ipsis coss. per biennium creati, bellum contra Syllam praepararent, effectum est per L. Valerium Flaccum, principem senatus, qui orationem in senatu habuit, et per eos, qui concordiae studebant, ut legati ad Syllam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo, quem invitum cogebat naves conscendere et adversus Syllam proficisci, interfectus est. consulatum Carbo solus gessit. Sylla cum in Asiam traiecisset, pacem cum Mithridate fecit ita, ut his cederet provinciis: Asia Bithynia Cappadocia. Fimbria desertus ab exercitu, qui ad Syllam transierat, ipse se percussit impetravitque de servo suo, praebens cervicem, ut se occideret.

EX LIBRO LXXXIIII

Sylla legatis, qui a senatu missi erant, futurum se in potestate senatus respondit, si cives, qui pulsi a Cinna ad se confugerant, restituerentur. quae condicio cum iusta senatui videretur, per Carbonem factionemque eius, cui bellum videbatur utilius, ne conveniret, effectum est. idem Carbo cum ab omnibus Italiae oppidis coloniisque obsides exigere vellet, ut fidem eorum contra Syllam obligaret, consensu senatus prohibitus est. novis civibus S. C. suffragium datum est. Q. Metellus Pius, qui partes optimatium secutus erat, cum in Africa bellum moliretur, a C. Fabio praetore

1 non abfuit multum *r* | Ilion *r* ‖ 3 cum pluribus *NP* multis *r* ‖ 6 pararent *r* | effectum quidem est *r* ‖ 11 interemptus *r* ‖ 12 Asia *r* ‖ 13 is *Gronovianus* | is cederet provincia Asia *Crevierius* ‖ 16 a seruo *Norvicensis r* | ut eum omnino interficeret *r, cf. Appian. Mithr. 60* ‖ 18 EX LIB. LXXXVIIII *N* ‖ 20 qui a Cinna pulsi *r* ‖ 24 oppidis italie omnibus *P* omnibus oppidis Italie *r* ‖ 25 coloniisque *om. r* ‖ 27 est *om. r* ‖ 28 partem optimatum *Leidensis*

pulsus est, senatusque consultum per factionem Carbonis et Marianarum partium factum est, ut omnes ubique exercitus dimitterentur. libertini in quinque et XXX tribus distributi sunt. praeterea belli apparatum, quod contra Syllam excitabatur, continet.

EX LIBRO LXXXV

Sylla in Italiam cum exercitu traiecit missisque legatis, qui de pace agerent, et ab cos. *C.* Norbano violatis eundem Norbanum proelio vicit. et cum L. Scipionis, alterius cos., cum quo per omnia id egerat, ⟨ut⟩ pacem iungere⟨t⟩, nec potuerat, castra oppugnaturus esset, universus exercitus consulis, sollicitatus per emissos a Sylla milites, signa ad Syllam transtulit. Scipio cum occidi posset, dimissus est. Cn. Pompeius, Cn. Pompei eius, qui Asculum ceperat, *fili*us, conscripto voluntariorum exercitu cum tribus legionibus ad Syllam venerat, ad quem se nobilitas omnis conferebat, ita ut deserta urbe ad castra veniretur. praeterea expeditiones per totam Italiam utriusque partis ducum referuntur.

EX LIBRO LXXXVI

Cum C. Marius, C. Mari filius, cos. ante annos XX per vim creatus esset, C. Fabius in Africa propter crudelitatem et avaritiam suam in praetorio suo vivus exustus est. L. Philippus, legatus Syllae, Sardiniam Q. Antonio praetore pulso et occiso occupavit. Sylla cum Italicis populis, ne timeretur ab his velut erep-

2 Marianorum [partium]*?* ‖ 5 quod plurimum excitabatur *r* ‖ 6 *inscriptionem om. P* ‖ 8 a cos. (et *om.*) *Vossianus* | a consule Cn. Carbone et .C. Narbone *r* | cn.*: corr. Sigonius* ‖ 10 ut *om.* ‖ 11 iungere ‖ 14 interimi *r* ‖ 15 Pompei *om. r* | filius *ante* eius *add. Bergianus r* | scriptus *NPΠ: correxi* privatus *Gronovius* | conscripto quidem *r* ‖ 19 uniuersam *Norvicensis r* ‖ 21 LXXXV *P* ‖ 22 XXVII *[Aurelius Victor] de vir. inlust. 68, 1* XXVI *Velleius II 26, 1* ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονώς *Appianus civ. I 87 an* XXX*?* ‖ 23 Africam *r* ‖ 24 suam *om. r*

turus civitate*m* et suffragii ius nuper datum, foedus percussit. itemque ex fiducia iam certae victoriae litigatores, a quibus adibatur, vadimonia Romam deferre iussit, cum a parte diversa urbs adhuc teneretur. L. Damasi*pp*us praetor ex voluntate C. Mari cos. cum senatum contraxisset, omnem, quae in urbe erat, nobilitatem trucidavit. ex cuius numero Q. Mucius Scaevola pont. max. fugiens in vestibulo aedis Vestae occisus est. praeterea bellum a L. Murena adversus Mithridaten in Asia renovatum continet.

EX LIBRO LXXXVII

Sylla C. Marium, exercitu eius fuso deletoque ad Sacriportum, in oppido Praeneste obsedit, urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere temptantem reppulit. praeterea res a legatis eius eadem ubique fortun*a* partium gesta⟨s⟩ continet.

EX LIBRO LXXXVIII

Sylla Carbonem, e*ius* exercitu ad Clusium ad Faventiam Fidentiamque caeso, Italia expulit, cum Samnitibus, qui soli ex Italicis populis nondum arma posuerant, iuxta urbem Romanam ante portam Collinam debellavit, reciperataque re p. pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum fuit, inquinavit. VIII dediticiorum in villa publica trucidavit, tabulam proscriptionis posuit, urbem ac totam Italiam caedibus

1 ciuitates *NPII an* civitatis *?* || 2 idemque *Leidensis* || 3 adhibebantur *Gronovianus r* | differre *Sigonius* || 5 damasicius *: corr. Frobenius* damascius *Norvicensis r* || 7 cuius quidem *r* || 10 reuocatum *P* || 11 LXXXVI *P* || 14 eximicorum *P* || 16 fortunam partium gesta || 17 LXXXVII *P* || 18 eum *Π* cum *NP: correxit Lovelianus 2* cum *om. Leidensis r* | exercitu eius *Leidensis r* | exercitu eius fuso *Gronovianus* || 20 soli Italicorum populorum *r* || 21 Romam *Bergianus* || 22 reparataque *Π* || 23 nullo homine umquam *r* || 24 deditorum *Gronovianus r* | uia *Gronovianus r* || 25 proposuit *Drakenborchius* | et uniuersam *Norvicensis r*

replevit, inter quas omnes Praenestinos inermes concidi iussit, Marium, senatorî ordinis virum, cruribus bracchiisque fractis, auribus praesectis et oculis effossis necavit. C. Marius Praeneste obsessus a Lucretio *O*fella, Syllanarum partium viro, cum per cuniculum captaret evadere saeptum exercitu, mortem conscivit. [id est, in ipso cuniculo, cum sentiret se evadere non posse, cum *T*elesino, fugae comite, stricto utrimque gladio concurrit; quem cum occidisset, ipse saucius impetravit a servo, ut se occideret.]

EX LIBRO LXXXVIIII

M. Brutus ⟨a⟩ Cn. Papirio Carbone Cossyr*a*, qu*a*m adpulerant, missus nave piscatoria Lilybaeum, ut exploraret, an ibi iam Pompeius esset, et circumventus navibus, quas Pompeius miserat, in se mucrone verso ad transtrum navis obnixus corporis pondere incubuit. Cn. Pompeius in Siciliam cum imperio a senatu missus Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit. Sylla dictator factus, quod nemo umquam fecerat, cum fascibus XXIIII processit. *legi*bus novis rei pub. statum confirmavit, tribunorum pleb. potestatem minuit et omne ius legum ferendarum ademit, pontificum augurumque collegium ampliavit, ut essent XV, senatum ex equestri ordine supplevit, proscriptorum liberis ius petendorum honorum eripuit et

1 interimi *r* ‖ 3 defossis oculis *Norvicensis r* ‖ 5 afella *NPΠr: corr. Sigonius* ‖ 6 septus *r* | ab exercitu *r* | sibi consciuit *r* ‖ 7 id est — occideret *seclusit Iahnius* | idem *Leidensis om. r* | minime *r* ‖ 8 Pontio Thelesino *r* | thelesino ‖ 9 occurrit *r* | ipse *om. Gronovianus r* ‖ 10 a seruo impetrauit *r* ‖ 12 L. *r* | a *add. Gronovianus* | quem corcyram*: correxi, v. Appian. civ. I 96* qui Corcyram appulerat *Gronovianus r* quocum Cossuram adpulerat *Halmius* ad quem Cossuram adpulerat *Weissenbornius* ‖ 14 iam *om. P r* | a nauibus *Norvicensis r* ‖ 15 in sem uero neuerso *N* | mucroni *Gronovius* ‖ 17 a senatu cum imperio *P* ‖ 19 nemo quidem unquam *r* ‖ 20 rebus*: corr. Gronovius* rebusque *r*

bona eorum vendidit; ex quibus plurima priva rapuit. redactum est sestertium ter milies quingenties. *Q.* Lucretium *O*fellam adversus voluntatem suam consulatum petere ausum iussit occidi in foro, et cum hoc indigne ferret populus R., contione advocata se iussisse dixit. Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proscriptum et Hiertam, regem Numidiae, bellum molientes victos occidit et quattuor et XX annos natus, adhuc eques R., quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit. *C.* Norbanus, consularis proscriptus, in urbe Rhodo cum conprehenderetur, ipse se occidit. Mutilus, unus ex proscriptis, clam capite adoperto ad posticias aedes Bastiae uxoris cum accessisset, admissus non est, quia illum proscriptum diceret. itaque ipse se transfodit et sanguine suo fores uxoris respersit. Sylla Nolam in Samnio recepit. XLVII legiones ⟨in⟩ agros captos deduxit, et eos his divisit. Volaterras, quod oppidum athuc in armis erat, obsessum in deditionem accepit. Mitylenae quoque in Asia, quae sola urbs post victum Mithridaten arma retineb*at*, expugnatae dirutaeque sunt.

1 prima*: correxi, v. Horat. sat. II 5, 11, seclusit Iahnius* primo *Vossianus* premia *Gronovianus* | primo multa *r* ‖ 2 quingentiesque lucretium*: corr. Sigonius* ‖ 3 afellam *NPII: corr. Sigonius* Affellam *r* | consulatum contra *r* | consulatum *om. r* ‖ 4 interimi *r* ‖ 5 hoc *om. r* | uocata *Norvicensis r* ‖ 7 hiertam] *NII Orosius V 21, 14* hieritam *P Vossianus* Hiericam *Norvicensis r* Hiarbam *Sigonius* | Numidarum *r* ‖ 8 interemit *r* ‖ 9 adhuc eques adhuc r̄. *N* adhuc eques adhunc .R. P^1 adhuc eques et adhuc .R. P^2 | quod quidem nemini *r* ‖ 10 CN. *NPr: corr. Sigonius* ‖ 11 se ipse interemit. Metellus ex proscriptis unus *r* ‖ 12 posticas *Vossianus* | posticum edis *r* ‖ 13 Bassia *est Granio Liciniano p. 32, 11 Fl.* | minime *r* ‖ 14 ipse *om. Pr* ‖ 15 uxoris *om. r* | Sylla nolam] *Pr, v. Granius Licin. p. 32, 9,* Syllam tam *NII* Aeserniam *Mommsenus* ‖ 16 a Samnitibus *Gronovius* | XXIII *Dukerus* XXVII *Drakenborchius* | in *add. Gronovianus r* ‖ 19 mityleniae | 20 retinebant *NPII*

EX LIBRO XC

Sylla decessit, honosque ei a senatu habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. M. Lepidus cum acta Syllae temptaret rescindere, bellum excitavit. a Q. Catulo collega Italia pulsus et in Sardinia frustra bellum molitus perît. M. Brutus, qui cisalpinam Galliam optinebat, a Cn. Pompeio occisus est. Q. Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitavit. L. Manlius procos. et M. Domitius legatus ab Hirtuleio quaestore proelio victi sunt. praeterea res a P. Servilio pro cos. adversus Cilicas gestas continet.

EX LIBRO XCI

Cn. Pompeius cum athuc eques *R.* esset, cum imperio proconsulari adversus Sertorium missus est. Sertorius aliquot urbes expugnavit plurimasque civitates in potestatem suam redegit. Appius Claudius pro cos. Thracas pluribus proeliis vicit. Q. Metellus pro cos. L. Hirtuleium, quaestorem Sertori, cum exercitu cecidit.

EX LIBRO XCII

Cn. Pompeius dubio eventu cum Sertorio pugnavit, ita ut singula ex utraque parte cornua vicerint. Q. Metellus Sertorium et Perpernam cum duobus exercitibus proelio fudit, cuius victoriae partem cupiens ferre Pompeius parum prospere pugnavit. obsessus deinde Cluniae Sertorius adsiduis eruptionibus non leviora damna

3 M. Aemilius Lepidus *Barberinianus* ‖ 4 et a *r* ‖ 5 pulsus est. et *Pr* ‖ 6 tenebat *r* ‖ 9 et L. *Sigonius* et Cn. *Drakenborchius* | M. Antonius *r* | hirtulegio *P* Herculeio *Gronovianus r* ‖ 10 res *om. Norvicensis r* ‖ 11 res gestas *Norvicensis r* ‖ 13 equester*: corr. Sigonius* eques *Guelferbytanus* Questor *Leidensis r* ‖ 14 confulari *P* consulari *r* ‖ 18 herculeium *Gronovianus r* | omnino cum *r* ‖ 20 adhuc dubio *Norvicensis r* ‖ 21 sinistra *Gronovius* | Q. Sertorius Metellum *r* ‖ 22 perpennam *Pr* ‖ 23 auferre *r* ‖ 24 calagurii *r*

obsidentibus intulit. praeterea res ab Curione procos. in Thracia gestas adversus Dardanos et Q. Sertori multa crudelia in suos facta continet; qui plurimos ex amicis et secum proscriptis crimine proditionis insimulatos occidit.

EX LIBRO XCIII

P. Servilius procos. in Cilicia Isauros domuit et aliquot urbes piratarum expugnavit. Nicomedes, Bithyniae rex, populum R. fecit heredem, regnumque eius in provinciae formam redactum est. Mithridates foedere cum Sertorio icto bellum populo R. intulit. apparatus dein regiarum copiarum pedestrium navaliumque; et occupata Bithynia M. Aurelius Cotta cos. ad Calchedona proelio a rege victus; resque a Pompeio et Metello adversus Sertorium **** omnibus belli militiaeque artibus par fuit, *** et ab obsidione Calagurris oppidi depulsos coegerit diversas regiones petere, Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam.

EX LIBRO XCIIII

L. Licinius Lucullus cos. adversus Mithridaten equestribus proeliis feliciter pugnavit et aliquot expedi-

1 tulit *r* | res *om. Pr* | ap. cursone *NP* ab curisone *Π: corr. Gronovius* a.P. Cursore *Leidensis r* || 2 res gestas *r* || 3 plurimos amicorum — proscriptorum *r* || 5 interemit *r* || 7 L. *r* || 9 moriens populum *r* || 12 deinde *Gronovianus r* | a. dein — Galliam *(19) del. Woelfflinus* || 13 et *ante* M. *add. Ussingius* || 14 calchedonam *NP* chalcedoniam *r* | uictus est rexque *r* || 15 Metello aduersus Sertorium, qui omnibus *Boendermakerianus* metello gestas continet aduersus sertorium quibus omnibus *Guelferbytanus* Metello uictus et ut contra Sertorium egerunt qui omnibus *r* || 16 fuit quos ab *Guelferbytanus* fuit quod. et ab *Gronovianus* fuit quos etiam ab *r* fuit, ut ab *Madvigius, sed plura videntur intercidisse, v. Plutarchus Sert. 18 sq.* || 17 Calaguriis *Π* Calagurii *r* | coegit *r* || 21 Licinius *om. r* || 22 expeditiones aliquot *r*

tiones prosperas fecit poscentesque pugnam milites a seditione inhibuit. Deiotarus, Gallograeciae tetrarches, praefectos Mithridatis bellum in Phrygia moventes cecidit. praeterea res a Cn. Pompeio in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet.

EX LIBRO XCV

C. Curio pro cos. Dardanos in Thracia domuit. IIII et LXX gladiatores Capuae ex ludo Lentuli profugerunt et congregata servitiorum ergastulorumque multitudine Crixo et Spartaco ducibus bello excitato Claudium Pulchrum legatum et P. Varenum praetorem proelio vicerunt. L. Lucullus procos. ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit, pulsumque Bithynia regem variis belli ac naufragiorum casibus fractum coegit in Pontum profugere.

EX LIBRO XCVI

Q. Arrius praetor Crixum, fugitivorum ducem, cum $\overline{\text{XX}}$ hominum cecidit. Cn. Lentulus cos. male adversus Spartacum pugnavit. ab eodem L. Gellius cos. et Q. Arrius praetor acie victi sunt. Sertorius a M. Perperna et *M'*. Antonio et aliis coniuratis in convivio interfectus est octavo ducatus sui anno; magnus dux et adversus duos imperatores, Pompeium et Metellum, vel frequentius victor, ad ultimum et saevus et prodigus. imperium partium ad Marcum translatum, quem

3 praefectus *NPΠ* || 4 Cn. *om. r* || 8 Capua *Siesbyeius* || 9 seruorum et ergastulorum *r* || 10 Au. Crisso *Π* Chryso *r* || 11 Vorenum *r* || 14 a Bithynia *Norvicensis r* || 15 portutum *NΠ* Portum *P* || 17 M. Arius *r* | Chrisum *r* | regem uel *ante* ducem *add. P expunxit* P^2 || 19 ab eodem cos. l. gellius *N* ab eodem lentulo cos. L. gellius *P* || 20 praetores *NΠ* | m. antonio et m. perperna *Pr* || 21 m. antonio *NPr* || 24 saepe par uel *Guelferbytanus* saepe par aut *r* | ultimum desertus et proditus *r* || 25 m. perpennam *Guelferbytanus Lovelianus 2* Marium *r* | translatum est *r*

Cn. Pompeius victum captumque interfecit, ac recepit Hispanias decimo fere anno, ⟨quam⟩ coeptum erat bellum. C. Cassius pro cos. et Cn. Manlius praetor male adversus Sparthacum pugnaverunt, idque bellum M. Crasso praetori mandatum est.

EX LIBRO XCVII

M. Crassus praetor primum cum parte fugitivorum, quae ex Gallis Germanisque constabat, feliciter pugnavit, caesis hostium $\overline{\text{XXXV}}$ et ducibus eorum Ca*sto* et Gannico. cum Sparthaco dein debellavit, caesis cum ipso $\overline{\text{LX}}$. M. Antonius praetor bellum adversus Cretenses parum prospere susceptum morte sua finît. M. Lucullus procos. Thracas subegit. L. Lucullus in Ponto adversus Mithridaten feliciter pugnavit, caesis hostium amplius quam $\overline{\text{LX}}$. M. Crassus et Cn. Pompeius coss. facti (*S. C.* Pompeius, antequam quaesturam gereret, ex equite Romano) tribuniciam potestatem restituerunt. iudicia quoque per M. Aurelium Cottam praetorem ad equites Romanos translata sunt. Mithridates desperatione rerum suarum coactus ad Tigrane*n*, Armeniae regem, confugit.

EX LIBRO XCVIII

Machares, filius Mithridatis, Bos*p*ori rex, a L. Lucullo in amicitiam receptus est. Cn. Lentulus et L. Gel-

1 interemit *r* ‖ 2 quam *om. NP* quo *Gronovianus* | est *edit. Basileensis a. 1539* ‖ 3 et *om. r* ‖ 7 Q. *r* ‖ 9 inimicorum *r* | duce *Bergianus r* | caesis et *: corr. Iahnius om. r* ‖ 10 Granico *r* | deinde bellauit *Pr* deinde debellavit *Drakenborchius* ‖ 11 XL milibus *Guelferbytanus* milibus quadraginta *r* ‖ 12 uel gestum *supra* susceptum P^2 gestum *r* ‖ 15 LX milibus *Nr* ‖ 16 facti sicut: *correxi, v. Cicero de imp. Pomp. 62 et supra p. 49, 22 et Obsequens p. 177, 2* facti, sed *Leidensis* facti sunt. Sicut *r* [sicut] *Gronovius* [sic] et *Freudenbergius* ‖ 18 L. *Sigonius* ‖ 20 tigrane marmeniae *N* tigranē armeniae *P: correxi* ‖ 23 Nachares *r* | bosfori *NP* Bosphori *Gronovianus r*

lius censores asperam censuram egerunt IIII et LX senatu motis. a quibus lustro condito censa sunt civium capita $\overline{\text{DCCCC}}$. L. Metellus praetor in Sicilia adversus piratas prospere rem gessit. templum Iovis in Capitolio, quod incendio consumptum ac refectum erat, a Q. Catulo dedicatum est. L. Lucullus in Armenia Mithridaten et Tigranen et ingentes utriusque regis copias pluribus proeliis fudit. Q. Metellus procos. bello adversus Cretenses mandato Cydoniam urbem obsedit. C. Triarius, legatus Luculli, adversus Mithridaten parum prospere pugnavit. Lucullum, ne persequeretur Mithridaten ac Tigranen summamque victoriae inponeret, seditio militum tenuit, quia sequi nolebant. [id est *d*uae legiones Valerianae, quae impleta a se stipendia dicentes Lucullum reliquerunt.]

EX LIBRO XCVIIII

Q. Metellus procos. Cnoson et Lyc*t*um et Cydoniam et alias plurimas urbes expugnavit. L. Roscius trib. pl. legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro XIIII gradus proximi adsignarentur. Cn. Pompeius lege ad populum lata persequi piratas iussus, qui commercium annonae intercluserant, intra quadragesimum diem toto mari eos expulit, belloque cum his in Cilicia confecto acceptis in deditionem piratis agros et urbes dedit. praeterea res gestas a Q. Metello adversus Cretenses continet et epistulas Metelli et Cn. Pompei invicem missas. queritur Q. Metellus gloriam sibi rerum a se

2 lustrum conditum est *r* ‖ 3 $\overline{\text{DCCCCL}}$ *Π* ccccl. milia *r* ‖ 5 consumptum erat: refectum: a *r* ‖ 7 et tigri daten *N* | immensas *r* ‖ 8 floribus *NΠ* | multis certaminibus *r* | bello sibi aduersum *r* ‖ 13 qui *r* | id est — reliquerunt *seclusit Iahnius* | quae legiones: *correxi, v. Appian. Mithr. 72* quia legiones *Gronovianus r* ‖ 14 quae *om. r* ‖ 17 M. Metellus *r* | lycium *NΠr* Licium *P: corr Moguntina* | cydoneam *N* ‖ 18 ciuitates *r* ‖ 20 primi *Dukerus* ‖ 23 Sicilia *Boendermakerianus r* ‖ 25 praeterea — debuisse (*p. 99, 3*) *suspectat Iahnius del. Woelfflinus* | gestas *om. Norvicensis r* ‖ 27 Q.] *Π* que *NP om. r* | sibi *om. r*

gestarum a Pompeio praeverti, qui in Cretam miserit legatum suum ad accipiendas urbium deditiones. Pompeius rationem reddit hoc se facere debuisse.

EX LIBRO C

C. Manilius tr. pl. magna indignatione nobilitatis legem tulit, ut Pompeio Mithridaticum bellum mandaretur. contio eius bona. Q. Metellus perdomitis Cretensibus liberae in id tempus insulae leges dedit. Cn. Pompeius ad gerendum bellum adversus Mithridaten profectus cum rege Parthorum, Phraate, amicitiam renovavit. equestri proelio Mithridaten vicit. praeterea bellum inter Phraaten, Parthorum regem, et Tigranen, Armeniorum, ac deinde inter filium Tigranen patremque gestum continet.

EX LIBRO CI

Cn. Pompeius Mithridaten nocturno proelio victum coegit Bosporon profugere. Tigranen in deditionem accepit eique ademptis Syria Phoenice Cilicia regnum Armeniae restituit. coniuratio eorum, qui in petitione consulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis consulibus obpressa est. Cn. Pompeius cum Mithridaten persequeretur, in ultimas ignotasque gentes penetravit. Hiberos Albanosque, qui transitum non dabant, proelio vicit. praeterea fugam Mithridatis per

1 a Pompeio sublatam *r* | praeterii (aet *ligatae*) *N* preteriri *PIIr: correxi, cf. Liv. VIII 16, 8* praeripi *Bergianus* ‖ 3 Romae rationem *r* ‖ 5 Cum manlius *NP* L. Manilius *r* | indignatione maxima *Norvicensis r* ‖ 6 bellum mithridaticum *r* ‖ 7 contio Ciceronis *Bursianus, sed videntur plura ante* contio *intercidisse* | domitis *Vossianus r* ‖ 8 legem tulit *r* ‖ 10 (*et similiter* 12) prahate *NP* pharnace *Guelferbytanus* Phraharte *et* Phrahartem *r* ‖ 12 Regem Parthorum *r* ‖ 13 armeniorum regem *r* | ac demum *r* ‖ 17 bosforum *N* bosforon *P* ‖ 18 et quae | phoenicia et *Norvicensis r* ‖ 23 albinosque *P* | que *om. r* | minime *r*

Colchos *Heniochosque* et res ab eo in Bosporo gestas continet.

EX LIBRO CII

Cn. Pompeius in provinciae formam Pontum redegit. Pharnaces, filius Mithridatis, bellum patri intulit. ab eo Mithridates obsessus in regia cum veneno sumpto parum profecisset ad mortem, a milite Gallo, nomine Bitoco, a quo, ut adiuvaret se, petierat, interfectus est. Cn. Pompeius Iudaeos subegit, fanum eorum Hierosolyma, inviolatum ante id tempus, cepit. L. Catilina bis repulsam in petitione consulatus passus cum Lentulo praetore et Cethego et compluribus aliis coniuravit de caede consulum et senatus, incendiis urbis et opprimenda re p., exercitu quoque in Etruria conparato. ea coniuratio industria M. Tulli Ciceronis eruta est. Catilina urbe pulso de reliquis coniuratis supplicium sumptum est.

EX LIBRO CIII

Catilina a C. Antonio pro cos. cum exercitu caesus est. P. Clodius accusatus, quod in habitu mulieris in sacrarium, [in] quo virum intrare nefas est, †cum intrasset et uxorem Metelli pontificis stuprasset, absolutus est. *C.* Pontinus praetor Allobrogas, qui rebellaverant, ad Solonem domuit. P. Clodius ad ple-

1 Cholchos *r* | etnichosque *NPII: corr. Moguntina* hernicosque *Guelferbytanus Boendermakerianus* Ethnicosque *r* ‖ 8 *Βιτόιτον Appianus Mithr. 111 appellat,* Bitocum *libellus de vir. inlustr. 76, 8* Bithocco *Norvicensis r* | adiuuaretur petierat *Norvicensis r* ‖ 9 ierusolyma *P* Hierosolymam *Lovelianus 2* in hierosolyma *Leidensis r* ‖ 10 ad id *Leidensis* | catillina *ubique* ‖ 12 cum pluribus *NPII: corr. Iahnius* pluribus *Vossianus r* aliis *om. r* ‖ 13 urbis opprimenda *r* ‖ 16 omnino sumptum supplicium est *r* ‖ 20 in mulieris habitu sacrarium *r* ‖ 21 in *delevit Gruterus* | intrare *om. P* | cumque *r* clam *Halmius* ‖ 22 et *om. r* | maximi pontificis *Sigonius* | Ponti stuprauisset *r* ‖ 23 est *om. r* | Cn. *NPr* | pontinius *r* | Allobroges *r*

bem transît. C. Caesar Lusitanos subegit. eoque consulatus candidato et captante rem p. invadere conspiratio inter tres civitatis principes facta est, Cn. Pompeium M. Crassum C. Caesarem. leges agrariae a Caesare cos. cum magna contentione invito senatu et altero cos. M. Bibulo latae sunt. C. Antonius pro cos. in Thracia parum prospere rem gessit. M. Cicero lege a P. Clodio tr. pl. lata, quod indemnatos cives necavisset, in exilium missus ⟨est. Caesar⟩ in provinciam Galliam profectus Helvetios, vagam gentem, domuit, quae sedem quaerens per provinciam Caesaris Narbon⟨ens⟩em iter facere volebat. praeterea situm Galliarum continet. Pompeius de * * * liberis Mithridatis et Tigrane, Tigranis filio, triumphavit Magnusque a tota contione consalutatus est.

EX LIBRO CIIII

Prima pars libri situm Germaniae moresque continet. C. Caesar cum adversus Germanos, qui Ariovisto duce in Galliam transcenderant, exercitum duceret, rogatus ab Aeduis et Sequanis, quorum ager possidebatur, trepidationem militum propter metum novorum hostium ortam adlocutione exercitus inhibuit et victos proelio Germanos Gallia expulit. M. Cicero Pompeio inter alios †exerente et T. Annio Milone tr. pl. ingenti gaudio senatus ac totius Italiae ab exilio reductus est. Cn. Pompeio per quinquennium annonae

4 et C. Caesarem *r* ‖ 5 maxima *r* ‖ 8 ab Ap. claudio *Boendermakerianus r* | quia *r* ‖ 9 est. Caesar *om. NPII* ‖ 10 gentem uagam *P* ‖ 11 narbonem*: corr. Gronovius* ‖ 12 uolebant ‖ 13 *lacunam indicavit Weissenbornius* de Mithridate, ductis ante currum Mithridatis lib. *Gronovius* ‖ 14 trigane et *N* tigrane et *P: corr. Gronovius* ‖ 15 consulatus *N* ‖ 18 Cesar contra *r* ‖ 19 descenderant *r* | cum exercitum *r* ‖ 20 Heduis *r* ‖ 22 alloquutione *r* ‖ 23 Gallia omni *r* ‖ 24 exercente *Guelferbytanus* orante *r* exorante *Drakenborchius, sed v. Cass. Dio XXXVIII 30 et Plutarch. Cic. 33, malim* asserente ‖ 25 plebis agente *r* | uniuerse *r* ‖ 26 quinquiennium *N*

cura mandata est. Caesar Ambianos Suessionas Viruomanduos Atrebates, Belgarum populos, quorum ingens multitudo erat, proelio victos in deditionem accepit, ac deinde contra Nervios, unius ex his civis, cum magno discrimine pugnavit eamque gentem delevit, quae bellum gessit, donec ex $\overline{\text{LX}}$ armatorum *D* superessent, ex DC senatoribus tres tantum evaderent. lege lata de redigenda ⟨in⟩ provinciae formam Cypro et publicanda pecunia regia M. Catoni administratio eius rei mandata est. Ptolemaeus, Aegypti rex, ob iniurias, quas patiebatur a suis, ⟨relicto⟩ regno Romam venit. C. Caesar Venetos, gentem Oceano iunctam, navali proelio vicit. praeterea res a legatis eius eadem fortuna gestas continet.

EX LIBRO CV

Cum C. Catonis tribuni plebis intercessionibus comitia tollerentur, senatus vestem mutavit. M. Cato in petitione praeturae praelato Vatinio repulsam tulit. idem cum legem impediret, qua provinciae consulibus in quinquennium, Pompeio Hispaniae, Crasso Syria et Parthicum bellum, dabantur, a C. Trebonio tr. pl., legis auctore, in vincula ductus est. *A.* Gabinius pro cos. Ptolemaeum reduxit in regnum Aegypti, eiecto

1 Suessiones *r* | Viromanduos *Caesar de bell. Gall. II 4, 9; 16, 2; 23, 3 appellat* Veromanduos *Plin. nat. hist. IV 106,* Veromandos *Oros. VI 7, 14* ‖ 2 quidem maxima *r* ‖ 3 euictos *r* ‖ 4 unam *Boendermakerianus* | harum ciuitatum *r* | ciuitatis*: correxi, cf. Sil. Ital. VIII 406 sq.* ex his *i. e. Belgis* ciuitatibus *Leidensis* unam horum civitatem *Gronovius* ‖ 5 maximo *r* ‖ 6 a*: corr. Zangemeisterus ex Caes. de bell. Gall. II 28, 2 cf. Plutarch. Caes. 2* trecenti *Bergianus alii r* ‖ 7 ex nonagintaquinque *r* | tantummodo *r* ‖ 8 in *om.* | forma *P* ‖ 9 eiusdem *r* ‖ 11 patiebantur *r* | relicto *ante* Romam *add. Halmius* | Regno pulsus *Sigonii vet. lib. r* regno eiectus *E. Schwartzius* ‖ 12 C. Cesar gentem Oceano iunctam scilicet Venetos: *r* ‖ 13 res *om. r* ‖ 14 res gestas *r* ‖ 16 M. *r* | tribus *NII* ‖ 19 consulare *r* ‖ 21 bellum: Cesari Gallia et Germania dabantur *r* ‖ 22 autore *r* | aur. ‖ 23 in regnum reduxit *r* | et *N* reiecto *Boendermakerianus r*

Archelao, quem sibi regem adsciverant. victis Germanis in Gallia *Caesar* Rhenum transcendit et proximam partem Germaniae domuit, ac deinde Oceano in Britanniam primo parum prospere tempestatibus adversis traiecit, iterum felicius, magnaque multitudine hostium caesa aliquam partem insulae in potestatem redegit.

EX LIBRO CVI

Iulia, Caesaris filia, Pompei uxor, decessit, honosque ei a populo habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. Gallorum aliquot populi Ambiorige duce, Eburo*n*um ⟨rege⟩, defecerunt. a quibus Cotta et Ti*turi*us, legati Caesaris, circumventi insidîs cum exercitu, cui praeerant, caesi sunt. et cum aliarum quoque legionum castra oppugnata magno labore defensa essent, inter qu⟨a⟩e eius, *c*ui in Treveris praeerat Q. Cicero, ab ipso Caesare hostes proelio fusi sunt. M. Crassus bellum Parthis inlaturus Euphraten flumen transît, victusque proelio, in quo et filius eius cecidit, cum reliquias exercitus in collem recepisset, evocatus in conloquium ab hostibus velut de pace acturis, quorum dux erat Surenas, conprehensusque et, nequid vivus pateretur repugnans, interfectus est.

1 ad adsciuerant *NΠ* | Cesar uictis *Vossianus r* ‖ 2 et in *Leidensis r* | caesis: *corr. Iahnius* | et *om. r* ‖ 4 primo *om. r* ‖ 5 parum *ante* felicius *del. Gronovius* iterumque parum felicius *Leidensis r* ‖ 5 maximaque hominum multitudine *r* ‖ 6 reliquam *r* ‖ 10 maximus ei *r* ‖ 11 multi *r* ‖ 12 rege *ante* Eburonum *add. Gronovius* Ambiorige, rege Eburonum, duce *Hertzius* | eburnorum *NP* Eburnonum *Π* | tigorus *NPΠ* T. Aurunculeius *r* ‖ 13 insidiis circumuenti *r* ‖ 15 maximo *r* ‖ 16 interque *NPr: corr. Drakenborchius* | eos *r* | quin *N* qui in *P: corr. Madvigius* | Nerviis *Sigonius* | Ciceronis *Drakenborchius* Q. Cicero *del. E. Schwartzius* ‖ 18 Euphratẽ fluuium *r* | transiuit *r* ‖ 21 ut *r* | acturus *r* ‖ 22 que *om. r* ‖ 23 interemptus est: et ita periit *r*

EX LIBRO CVII

C. Caesar Treveris in Gallia victis iterum in Germaniam transît, nulloque ibi hoste invento reversus in Galliam *E*buronas et alias civitates, quae conspiraverant, vicit et Ambiorigem in fuga persecutus ⟨est⟩. P. Clodi a T. Annio Milone candidato consulatus Appia via ad Bovillas occisi corpus plebs in curia cremavit. cum seditiones inter candidatos consulatus, Hypsaeum Scipionem Milonem, essent, qui armis ac vi contendebant, ad conprimendas eas Cn. Pompeio legato *** et a senatu cos. tertio factus est absens et solus, quod nulli alî umquam *. quaestione decreta de morte P. Clodi Milo iudicio damnatus in exilium actus est. lex lata est, ut ratio absentis Caesaris in petitione consulatus haberetur, invito et contradicente M. Catone. praeterea res gestas a C. Caesare adversus Gallos, qui prope universi Vercingentorige Arverno duce defecerunt, et laboriosas obsidiones urbium continet, inter quas Avarici Biturigum et Gergoviae Arvernorum.

EX LIBRO CVIII

C. Caesar Gallos ad Alesiam vicit omnesque Galliae civitates, quae in armis fuerant, in deditionem accepit. C. Cassius, quaestor *M.* Crassi, Parthos, qui

2 I. *r* ‖ 3 transiit *Pr* | inuento hoste *r* | reuersus est ingalliam *N* ‖ 4 euburonas *NPΠ* Eburones *r* ‖ 5 Regem Ambiorigem *r* | Amb. in fuga frustra pers. *Dukerus* | est *om. NPr* ‖ 8 Ipseum *r* ‖ 9 et Milonem *r* ‖ 10 Pompeius legatus *Leidensis r* | *lacunam post* legato *indicavi, corruptelam post* Pompeius *Iahnius,* Pompeius delato ei a senatu populoque consulatu *Madvigius et Weissenbornius, verba* a senatu — alii umquam *seclusit E. Schwartzius* | Pompeius delegatus ab (*vel* rogatus a) senatu et *Gronovius* ‖ 11 et *om. r* ‖ 12 nemini unquam *r* | *hiatum statuit Sigonius* umquam contigit *Leidensis Norvicensis r* umquam accidit *Guelferbytanus* ‖ 14 data *P Leidensis alii* ‖ 16 aduersum *r* ‖ 19 et *om. r* | Gergouis *r* | auernorum *N Leidensis* ‖ 21 Cum caesar *N* Cum G. caesar *P* I·Caesar *r* | Alexiam *Vossianus r* ‖ 23 caesius *NPΠr: corr. Frobenius* | c. cassi *NΠ* c. crassi *P*

in Syriam transcenderant, cecidit. in petitione consulatus M. Cato repulsam tulit, creatis coss. Ser. Sulpicio M. Marcello. C. Caesar Bellovacos cum aliis Gallorum populis domuit. praeterea con*tentiones* inter consules de successore C. Caesari mittendo, agente in senatu Marcello cos., ut Caesar ad petitionem consulatus veniret, cum is lege lata in [id] tempus consulatus provincias obtinere deberet, resque a M. Bibulo in Syria gestas continet.

EX LIBRO CVIIII

qui est civilis belli primus

Causae civilium armorum et initia referuntur contentionesque de successore C. Caesari mittendo, cum se dimissurum exercitus negaret, nisi a Pompeio dimitterentur. et C. Curionis tr. pl. primum adversus Caesarem, de⟨in⟩ pr⟨o⟩ Caesare actiones continet. cum senatus consultum factum esset, ut successor Caesari mitteretur, M. Antonio et Q. Cassio tr. pl., quoniam intercessionibus id senatus c. impediebant, urbe pulsis * * * mandatumque a senatu coss. et Cn. Pompeio, ut viderent, nequid res p. detrimenti caperet. C. Caesar bello inimicos persecuturus cum exercitu in Italiam venit, Corfinium cum L. Domitio et *P.* Lentulo cepit eosque dimisit, Cn. Pompeium ceterosque partium eius Italia expulit.

3 et .M. Marcello *r* ‖ 4 continet*: corr. Aldina, verum vix* continet *post* content*. servare licet* ‖ 6 M. Marcello *r* ‖ 7 id *delevit Gronovius* ‖ 8 optinere *r* ‖ 9 gestas in Syria *Norvicensis r* ‖ 11 *om. r et deinceps usque ad librum CXVI* ‖ 14 exercitum *Bergianus r* | dimitteretur *Bergianus* ‖ 16 depr · caesare *N* de p. R · caesare (sare *m. 2*) *P* de po. ro. caesarisque *Guelferbytanus* de re pu. celare *Boendermakerianus om. r: corr. Sigonius* ‖ 18 omnino mitteretur *r* | M. Antonius et Q. Cassius *Iahnius* ‖ 19 pulsi sunt *Iahnius* ‖ 20 *lacunam indicavi, in qua haec fere perierunt:* Caesar sine exercitu Romam venire iussus, *cf. Oros. VI 15, 1, Eutrop. VI 19* | que *delevit Frobenius* ‖ 22 persequutus *r* ‖ 23 Corfinum *r* | l. lentulo*: corr. Perizonius* ‖ 24 uniuersosque eius partium Italia omnino *r*

EX LIBRO CX

qui est civilis belli secundus

C. Caesar Massiliam, quae portas cluserat, obsedit et relictis in obsidione urbis eius legatis C. Trebonio et D. Bruto profectus in Hispaniam L. Afr*ani*um et *M.* Petreium, legatos Cn. Pompei, cum VII legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit omnesque incolumes dimisit, Varrone quoque, legato Pompei, cum exercitu in potestatem suam redacto. Gaditanis civitatem dedit. Massilienses duobus navalibus proeliis vic*ti* post longam obsidionem potestati Caesaris se permiserunt. C. Antonius, legatus Caesaris, male adversus Pompeianos in Illyrico rebus gestis captus est. in quo bello Opitergini transpadani, Caesaris auxiliares, rate sua ab hostibus navibus clusa, potius quam in potestatem hostium venirent, inter se concurrentes occubuerunt. C. Curio, legatus Caesaris in Africa, cum prospere adversus Varum, Pompeianarum partium ducem, pugnasset, a Iuba, rege Mauretaniae, cum exercitu caesus est. C. Caesar in Graeciam traiecit.

EX LIBRO CXI

qui est civilis belli tertius

M. C*a*elius Rufus praetor cum seditiones in urbe concitaret novarum tabularum spe plebe sollicitata, ab-

3 I · *r* | ipsi clauserat *r* ‖ 4 in — eius *om. Vossianus* | urbis eius legatis *om. r* ‖ 5 africanum *NΠ* affricanum *P* ‖ 6 c. petreium: *corr. Sigonius* | cum v *Lipsius Caesarem de bell. civ. I 39, 1 secutus et Flor. II 13, 29* ‖ 10 uicit *NPΠr: corr. editio Mediolanensis* ‖ 11 in potestatem *r* ‖ 12 contra Pompeianos pugnauit. et in Illyrico captus est *r* ‖ 15 hostium *Boendermakerianus* hostilibus *r* ‖ 16 inimicorum *r* | occurrentes *Norvicensis r* ‖ 18 prospere *om. r* | adversum *r* | Varum *om. Boendermakerianus r* | ducem Varronem *r* ‖ 19 Mauritanie *r* ‖ 23 Q. *r* | caecilius *NPΠr: corr. Sigonius* ‖ 24 quam maxime concitaret *r* | turbarum *r* | plebs *NPΠr* | abrogata *r*

rogato magistratu pulsus urbe Miloni exuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, se coniunxit. uterque, cum bellum molire⟨n⟩tur, interfecti sunt. Cleopatra, regina Aegypti, ab Ptolemaeo fratre regno pulsa est. propter Q. Cassi praetoris avaritiam crudelitatemque Cordubenses in Hispania cum duabus Var⟨ron⟩ianis legionibus a partibus Caesaris desciverunt. Cn. Pompeius ad Dyrrachium obsessus a Caesare et, praesidiis eius cum magna clade diversae partis expugnatis, obsidione liberatus translato in Thessaliam bello apud Pharsaliam acie victus est. Cicero in castris remansit, vir nihil minus quam ad bella natus. omnibusque adversarum partium, qui se potestati victoris permiserant, Caesar ignovit.

EX LIBRO CXII

qui est civilis belli quartus

Trepidantia victarum partium in diversas orbis terrarum partes et fuga refertur. Cn. Pompeius cum Aegyptum petisset, iussu Ptolemaei regis, pupilli sui, auctore Theodoto praeceptore, cuius magna aput regem auctoritas erat, et Pothino occisus est ab Achilla, cui id facinus erat delegatum, in navicula antequam in terram exiret. Cornelia uxor et Sex. Pompei⟨us⟩ filius Cypron refugerunt. Caesar post tertium diem insecutus, cum ei Theodotus caput Pompei et anulum ob-

3 moliretur | interiecti *NPΠ* interempti *r* ‖ 4 Aegypti Regina *r* | a *r* ‖ 5 cati *NPΠ: corr. Xylander* capti *Guelferbytanus* Catuli *Boendermakerianus r* ‖ 6 uarianis*: corr. Gronovius* ‖ 8 Brundusium *r* ‖ 10 liberatis ‖ 13 permiserunt *r* ‖ 14 *ante* caesar *exeunte pagina decem circiter litterae erasae N* ‖ 17 Trepidatio *r* | et *ante* in *e versu 18 traicit Drakenborchius* | uictorum *NPΠ* | per *r* ‖ 18 referuntur *r* ‖ 19 pupillis cum *P* | sui *om. r* ‖ 20 et auctore *r* | theodoro *NPΠr* | maxima erat autoritas *r* ‖ 21 photino P^2r | archelao *NPΠr* ‖ 22 delegatum id facinus erat: *r* ‖ 23 pompei | in Cyprum *r* | terciam *r* ‖ 25 Theodorus *r*

tulisset, infensus est et inlacrimavit. * sine periculo Alexandriam tumultuantem intravit. Caesar dictator creatus Cleopatram in regnum Aegypti reduxit et inferentem bellum Ptolemaeum isdem auctoribus, quibus Pompeium interfecerat, cum magno suo discrimine evicit. Ptolemaeus dum fugit, in Nilo navicula subsedit. praeterea laboriosum M. Catonis in Africa per deserta cum legionibus iter et bellum ⟨a⟩ Cn. Domitio adversus Ph*arnac*en parum prospere gestum continet.

EX LIBRO CXIII

qui est civilis belli quintus

Confirmatis in Africa Pompeianis partibus imperium earum P. Scipioni delatum est, Catone, cui ex aequo deferebatur imperium, cedente. et cum de diruenda urbe Vtica propter favorem civitatis eius in Caesarem deliberaretur, idque ne fieret, M. Cato tenuisset, Iuba suadente, ut dirueretur, tutela eius et custodia mandata est Catoni. *C*n. Pompei⟨us⟩, Magni filius, in Hispania contractis viribus, quarum ducatum nec Afranius nec Petreius excipere volebant, bellum adversus Caesarem renovavit. Pharnaces, Mithridatis filius, ⟨r⟩ex Ponti, sine ulla belli mora victus est. cum seditiones Romae a P. Dolabella tr. pl. legem ferente de novis tabulis excitatae essent et ex ea causa plebs tumultuaretur, inductis a M. Antonio, magistro equitum, in urbem militibus octingenti *e* plebe caesi

1 et infensus *r* | offensus *Gronovius* | nec sine *Gronovius* | infensus sed [illacrimavit] sine *E. Schwartzius* inf. [est] ei *?, cf. Cass. Dio XLII 7, 2 sq.* ‖ 4 iisdem autoribus Ptolomeum *r* ‖ 5 maximo *r* ‖ 6 uicit *r* ‖ 8 a *om. NPΠ* ‖ 9 contra *r* | prahaten*: corr. Sigonius* Phrahartẽ *r* ‖ 12 earum imperium *r* ‖ 14 imperium *om. Sigonii vet. lib.* ‖ 18 in pompei *: corr. Sigonius* Pompeii *r* Cn. Pompeius, Pompei *Hertzius* ‖ 19 filium ‖ 22 ex ponto *NPΠr: corr. editio Moguntina* in Ponto *Oros. VI 16, 3* pulsus ex Ponto et sine *?* ‖ 26 octingentis aplebe: *corr. Frobenius*

sunt. Caesar veteranis cum seditione missionem postulantibus dedit, et cum in Africam traiecisset, adversus copias Iubae regis cum discrimine magno pugnavit.

EX LIBRO CXIIII

qui est civilis belli sextus

Bellum in Syria Caecilius Bassus, eques Romanus Pompeianarum partium, excitavit, relicto a legione Sexto Caesare, quae ad Bassum transierat, occisoque eo. Caesar Scipionem praetorem Iubamque vicit ad Thapsum, castris eorum expugnatis. Cato audita re cum se percussisset Vticae et interveniente filio curaretur, inter ipsam curationem rescisso vulnere expiravit anno aetatis XLVIII. Petreius Iubam seque interfecit. P. Scipio in nave circumventus honestae morti vocem quoque adiecit. quaerentibus enim imperatorem hostibus dixit: imperator se bene habet. Faustus et Afranius occisi. Catonis filio venia data. Brutus legatus Caesaris in Gallia Bellovacos rebellantes proelio vicit.

EX LIBRO CXV

qui est civilis belli septimus

Caesar quattuor triumphos duxit, ex Gallia ex Aegypto, ex Ponto ex Africa, epulum et omnis generis spectacula dedit. M. Marcello consulari senatu rogante reditum concessit. quo beneficio eius Marcellus frui

2 contra *r* ‖ 3 maximo *r* ‖ 7 et relicto *r* ‖ 9 proconsulem *Gronovius* | Afranium Iubamque *r* ‖ 10 Tapsum *Bergianus r* ‖ 12 reciso *r* ‖ 13 quadragesimo nono *r, sed v. Plutarchus Cat. min. 73* | interemit *r* ‖ 15 uocem quoque parem (*aut* memorabilem) *Gronovius* v. honestam *Iahnius, sed v. p. 67, 6* ‖ 16 hostibus Imperatorem *r* | bene se *r* | Fastus *r* ‖ 18 proelio *om. r* ‖ 23 et Africa *r* ‖ 24 edidit *r* ‖ 25 concessit reditum *r* | qui*: corr. Gronovius, an* qui b. e. [Marcellus]*?* | Marcellus beneficio eius *r*

non potuit, a Cn. Magio cliente suo Athenis occisus. recensum egit, quo censa sunt civium capita CL. profectusque in Hispaniam adversus Cn. Pompeium, multis utrimque expeditionibus factis et aliquot urbibus expugnatis summam victoriam cum magno discrimine ad Mundam urbem consecutus est. ** Pompeius Sex. effugit.

EX LIBRO CXVI

qui est civilis belli octavus

Caesar *ex* Hispania quintum triumphum egit. et cum plurimi maximique honores a senatu decreti essent, inter quos, ut parens patriae appellaretur et sacrosanctus ac dictator in perpetuum esset, invidiae adversus eum causam praestiterunt, quod senatui deferenti hos honores, cum ante aedem Veneris Genetricis sederet, non adsurrexit, et quod ⟨a⟩ M. Antonio cos., colleg*a* suo, inter lupercos currente diadema capiti suo inpositum in sella reposuit, et quod Epidio Marullo et Caesetio Flavo trib. pl. invidiam e*i* tamquam regnum adfectanti * potestas abrogata est. ex his causis conspiratione in eum facta, cuius capita fuerunt M. Brutus et ⟨C.⟩ Cassius et ex Caesaris parti-

1 minime *r* | magno cliente *NPΠ: corr. Bergianus* Magio Cillone cl. *Norvicensis r, v. Cic. ad fam. IV 12, 2, Valer. Max. IX 11, 4* ‖ 2 Et censum *r* ‖ 3 que *om. r* | Hispania *r* | aduersus *om. r* ‖ 4 utrinque multis *r* ‖ 5 maximo *r* ‖ 6 pompeius exeffugit *N quaedam de morte Cn. Pompei excidisse putat Iahnius, haec fuisse conicio:* necatus est Cn. Pompeius, Sex. ‖ 7 efugit *r* ‖ 10 inhispania *NP* de Hispania *Bergianus* | ei cum *?* ‖ 11 multi quam maximique *r* | ei a *r* ‖ 12 pater *r* ‖ 14 causam aduersus eum *r* | praestitere *Frobeniana* | et quod *Boendermakerianus* deferente *r* ‖ 16 minime assurrexit *r* | a *add. Gryphius* ‖ 17 collegae | Lubercos *r* ‖ 18 *verba* in sella reposuit *corrupta* esse *dicit E. Schwartzius immemor caerimoniae, quae est in zophoro Parthenonis et in picturis Pompeianis nr. 112, 163, 167, al. Helbigii* ‖ 19 Marulo et Ceseceo *r* | et *NPΠr* ‖ 20 *lacunam indicavit Iahnius* moventibus *add. r, malim* concitantibus ‖ 21 iis *r* ‖ 22 et.C. Trebonius et Cassius et *r* | c. *om. N P Leidensis r*

bus Dec. Brutus et *C.* Trebonius, in Pompei curia occisus est XXIII vulneribus, occupatumque ab interfectoribus eius Capitolium. oblivione deinde caedis eius a senatu decreta, obsidibus Antoni et Lepidi de liberis acceptis coniurati a Capitolio descenderunt. testamento Caesaris heres ex parte dimidia institutus est C. Octavius, sororis nepos, et in nomen adoptatus [est]. Caesaris corpus cum in campum Martium ferretur, a plebe ante rostra crematum est. dictaturae honos in perpetuum sublatus est. Chamates, humillimae sortis homo, qui se C. Mari filium ferebat, cum apud credulam plebem seditiones moveret, necatus est.

EX LIBRO CXVII

C. Octavius Romam ex Epiro venit (eo enim illum Caesar praemiserat bellum in Macedonia gesturus) om⟨i⟩nibusque prosperis exceptus et nomen Caesaris sumpsit. in confusione rerum ac tumultu *M.* Lepidus pontific*atum* maximum inter*cepit*. et M. Antonius cos. cum inpotenter dominaretur legemque de permutatione provinciarum per vim tulisset et Caesarem quoque petentem, ut sibi adversus percussores avunculi adesset, magnis iniuriis adfe*cisset*, Caesar et sibi et rei p. vires

1 et m. trebonius *NPΠ om. r* | curia Pompei *r* ‖ 4 de *om. r, sed v. Cass. Dio XLIV 34, 6 et Drumann-Groebe hist. Rom. I p. 380 sq., alibi* ‖ 7 est *om. Boendermakerianus r* | ex sorore *r* ‖ 8 est *delevi, cf. vs. 2 et p. 112, 16* ‖ 10 Chamaces *r* Ἀμάτιος *Appianus civ. III 2, alibi,* Herophilus *Valer. Max. IX 15, 1* C. Amatius *Sigonius* ‖ 11 se emari *NΠ* ‖ 12 interfectus est *r* ‖ 14 O. *r* ‖ 16 omnibusque NP^2 omnibus *P: corr. Frobenius* ‖ prospere exceptis *Norvicensis r* | *Iahnius ante* omin. *et post* exceptus *lacunas indicavit,* et *uncinis circumdedit Weissenbornius* exceptus est et *Hertzius, sed nihil corruptum, cum nomen quoque Caesaris sumptum bonum omen sit* | etiam *r* ‖ 17 tumultuum lepidum (Lepidus *Π*) pontificem tum maximum interfecit *NPΠ: corr. Sigonius* Lepidum Pont. Max. interemit *r* ‖ 18 Sed *r* ‖ 19 impotenter *r* | Prouintiarum permutatione tulisset per uim *r* ‖ 21 aduersum *r* | auunculi percussores *r* ‖ 22 adfectus est et (et *statim deleta*) *N* adfectus est. *P* adfectus esset *Π*: *corr. Sigonii vet. lib.* affecit *r* | ut sibi *r*

adversus eum paraturus deductos in colonia⟨s⟩ veteranos excitavit. legiones quoque quarta et Martia signa ab Antonio ad Caesarem tulerunt, deinde et conplures saevitia M. Antoni, passim in castris suis trucida⟨n⟩ti⟨s⟩ qui ei suspecti erant, ad Caesarem desciverunt. Dec. Brutus ut petenti Cisalpinam Galliam Antonio obsisteret, Mutinam cum exercitu occupavit. praeterea discursum utriusque partis virorum ad accipiendas provincias apparatusque belli continet.

EX LIBRO CXVIII

M. Brutus in Graecia sub praetexto rei p. et susceptī contra M. Antonium belli exercitum, cui P. Vatinius praeerat, cum provincia in potestatem suam redegit. C. Caesari, qui privatus rei p. arma sumpserat, pro pr⟨aetore⟩ imperium a senatu datum est cum consularibus ornamentis adiectumque, ut senator esset. M. Antonius Dec. Brutum Mutinae obsedit, missique ad eum a senatu legati de pace parum ad conponendam eam valuerunt. populus R. saga sumpsit. M. Brutus in Epiro C. Antonium praetorem cum exercitu potestati suae subegit.

EX LIBRO CXVIIII

C. Trebonius in Asia fraude P. Dolabellae occisus est. ob id facinus Dolabella hostis a senatu iudicatus est. cum Pansa cos. male adversus Antonium pugnasset, A. Hirtius cos. cum exercitu superveniens

1 contra *r* | deductus in colonia ‖ 3 deinde plures *r* | et *om. Lovelianus 2 r* ‖ 5 trucidati quia*: corr. Gronovius, an* ⟨ĩs⟩ trucidatis qui*?* | et*: corr. Iahnius* | et ad *Leidensis r* ‖ 8 discursus *r* ‖ 11 B. *r* | praetextato *NΠ* praetextu *r* ‖ 12 P. *om. Pr* ‖ 14 primus *NPΠr: corr. Gronovius* ‖ 15 pro pr. *N* pro P. R. *P* pro Po. Ro. *r*: *correxi* propraetoris *Sigonius* ‖ 18 Legati a Senatu *r* | eam componendam *r* ‖ 21 subiecit *Gruterus* ‖ 23 T. *r* | Dolobelle *Vossianus r et deinceps* ‖ 24 inimicus iudicatus *r*

fusis M. Antoni copiis fortuna⟨m⟩ utriusque partis aequavit. victus deinde ab Hirtio et Caesare Antonius in Galliam confugit et M. Lepidum cum legionibus, quae sub eo erant, sibi iunxit, hostisque a senatu cum omnibus, qui intra praesidia eius essent, iudicatus est. A. Hirtius, qui post victoriam in ipsis hostium castris ceciderat, et *C.* Pansa ex vulnere, quod in adverso proelio exceperat, defunctus in campo Martio sepulti sunt. adversus C. Caesarem, qui solus ex tribus ducibus supererat, parum gratus senatus fuit, qui Dec. Bruto obsidione Mutinensi a Caesare liberato triumphi honore decreto Caesaris militumque eius mentionem non satis gratam habuit. ob quae C. Caesar reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia Romam cum exercitu venit et praeclusis adventu eius his, qui in eum iniqui erant, cum XVIIII annos haberet, consul creatus est.

EX LIBRO CXX

C. Caesar cos. legem tulit de quaestione habenda in eos, quorum opera Caesar pater occisus es⟨se⟩t; postulatique ea lege M. Brutus C. Cassius Dec. Brutus absentes damnati sunt. cum M. Anton*i* vires Asinius quoque Pollio et Munatius Plancus cum exercitibus suis adiuncti ampliassent, ⟨et⟩ Dec. Brutus, cui senatus, ut persequeretur Antonium, mandaverat, relictus a legionibus suis profugisset, caesus iussu Antoni, in cuius potestatem venerat, a Capeno Sequano

1 fortuna *NPΠ* ‖ 4 ipso *Pr* ‖ 5 erant *Bergianus r* ‖ 6 aur. *NΠ* Au. *P* | ipius in inimicorum *r* ‖ 7 l*: corr. Sigonius* | e *r* ‖ 9 e *r* ‖ 11 honore Triumphi *r* ‖ 15 perculsis *editio Moguntina, sed v. Sueton. Ner. 32* ‖ 16 iis *r* | annos ·XVIII· *Norvicensis r* ‖ 19 I. *r* ‖ 20 Caesar *om. r* | est*: corr. r* ‖ 22 antonius *NPΠ: corr. Halmius* Antonio *r* ‖ 24 et *add. r* ‖ 25 mandauit *r* ‖ 26 cum profugisset *Vossianus alii* profugit et iussu *Halmius* | profugisset caesus *post* uenerat *(27)* | caesus *om. r* caesus est*?* ‖ 27 caesus a *Vossianus alii* | Camelum *hospitem Gallicum Bruti appellat*

[interfectus est]. C. Caesar pacem cum Antonio et Lepido fecit ita, ut III viri rei p. constituendae per quinquennium essent ipse et Lepidus et Antonius, et ut suos quisque inimicos proscriberent. in qua proscriptione plurimi equites R., CXXX senatorum nomina fuerunt, et inter eos L. Pauli, fratris M. Lepidi, et L. Caesaris, Antoni avunculi, et M. Ciceronis. huius occisi a Popillio, legionario milite, cum haberet annos LXIII, caput quoque cum dextra manu in rostris positum est. praeterea res a M. Bruto in Graecia gestas continet.

EX LIBRO CXXI

qui editus post excessum Augusti dicitur

C. Cassius, cui mandatum a senatu erat, ut Dolabellam hostem iudicatum bello persequeretur, auctoritate rei p. adiutus Syriam cum tribus exercitibus, qui in eadem provincia erant, in potestatem suam redegit, Dolabella⟨m⟩ in urbe Laodicia obsessum mori coegit. M. quoque Bruti iussu C. Antonius captus occisus est.

EX LIBRO CXXII

M. Brutus adversus Thracas parum⟨per⟩ prospere rem gessit, omnibusque transmarinis provinciis exercitibusque in potestatem eius et C. Cassi redactis coierunt Smyrnae uterque ad ordinanda belli futuri consilia. M. Messalae Publicolam fratrem vinctum communi consilio condonaverunt.

Velleius II 64, 1, Κάμιλον Appianus civ. III 98, Furium *interfectorem Valerius IV 7, 6, IX 13, 3* || 1 interemptus *r*.| interfectus est *seclusi* || 2 ·II· uiri *N* uiri ·II· *P* | quidem per *r* || 3 preessent *r* | ipse Lepidus *r* | Antonius statuerunt. ut *r* || 5 R. *om. Pr* || 6 fuerant *r* || 7 et *om. r* | cuius *r* || 8 Popilio *Leidensis alii r* || 9 quoque *om. Bergianus* | manu dextra *r* || 13 *om. Leidensis alii r* || 15 inimicum *r* || 18 dolabella *NPII* | laudicia *N* || 21 parum*: corr. P. la Roche* [parum] prospere *Xylander* perprospere *Halmius* haud pr. *Weissenbornius* || 24 futuri belli *r* || 25 uictum *Bergianus alii* iunctum *r* || 26 condemnaverunt *r*

EX LIBRO CXXIII

Sex. Pompeius, Magni filius, collectis ex Epiro proscriptis ac fugitivis cum exercitu diu sine ulla loci cuiusquam possessione praedatus in mari Messana⟨m⟩, oppidum in Sicilia, primum, dein totam provinciam occupavit occisoque Pompeio Bithynico, praetore, *Q.* Salvidenum, legatum Caesaris, navali proelio vicit. Caesar et Antonius cum exercitibus in Graeciam traiecerunt bellum adversus Brutum et Cassium gesturi. Q. Cornificius in Africa T. Sextium, Cassianarum partium ducem, proelio vicit.

EX LIBRO CXXIIII

C. Caesar et Antonius apud Philippos vario eventu adversus Brutum et Cassium pugnaverunt ita, ut dextra utriusque cornua vincerent et castra quoque utrimque ab his, qui vicerant, expugnarentur. sed inaequalem fortunam partium mors Cassi fecit, qui cum in eo cornu fuisset, quod pulsum erat, totum exercitum fusum ratus mortem conscivit. altera dein d⟨i⟩e victus M. Brutus et ipse vitam finiit exorato Stratone, fugae comite, ut sibi gladium adigeret. annorum erat circiter XL, ** inter quos Q. Hortensius occisus est.

2 REx. *r* | electis *P* lectis *r* *fuitne* conlectis *?* ‖ 4 messana ‖ 5 deinde *r* ‖ 6 a Pompeio A. Bithynico *r* | qui *NP om. r* | Saluidemum *r* Salvidienum *Sigonius, veram formam habent etiam Seneca de clem. I 9, 6 (NP), Appiani codd. civ. IV 85, alibi* ‖ 8 in *om. P* ‖ 9 contra *r* ‖ 10 Sestium *r* | Q. Cornificium — T. Sextius *Xylander Cassium Dionem XLVIII 21, 1 secutus* ‖ 13 I. *r* ‖ 14 contra *r* | utriusque dextra *r* ‖ 15 uicerint *r* ‖ 16 iis *r* ‖ 17 mors quidem Cassii *r* ‖ 19 sibi consciuit *r* | altero *r* | deinde*: corr. Iahnius* deinde acie *Halmius* dein acie *H. I. Muellerus, sed v. Appian. civ. IV 114* deinde prelio *r* ‖ 21 adiceret*: corr. Gruterus* adiiceret *r* | circiter etatis *r* ‖ 22 idemque fecerunt principum Romanorum circiter XL *add. Sigonius*·

EX LIBRO CXXV

Caesar relicto trans mare Antonio (provinciae *ea* parte imperi positae *ei* cessera⟨n⟩t) reversus in Italiam veteranis agros divisit. seditiones exercitus sui, quas corr*u*pti a Fulvia, M. Antoni uxore, milites adversus imperatorem suum concitaverant, cum gravi periculo inhibuit. L. Antonius cos., M. Antoni frater, eadem Fulvia consiliante bellum Caesari intulit. receptis in partes suas populis, quorum agri veteranis adsignati erant, et M. Lepido, qui custodiae urbis cum exercitu praeera*t*, fuso hostiliter in urbem inrupit.

EX LIBRO CXXVI

Caesar cum esset annorum XXIII, obsessum in oppido Perusia L. Antonium conatumque aliquotiens erumpere et repulsum fame coegit in deditionem venire ipsique et omnibus militibus eius ignovit, Perusiam diruit, redactisque in potestatem suam omnibus diversae partis exercitibus bellum citra ullum sanguinem confecit.

EX LIBRO CXXVII

Parthi Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, duce in Syriam inruperunt victoque Decidio Saxa, M. Antoni legato, totam eam provinciam occupaverunt. M. Antonius cum ad bellum adversus Caesarem geren-

2 I. Cesar relicto Antonio transmarine Prouintie *r* | ex *NPII Leidensis r: corr. Iahnius* ex partitione *Crevierius* cui p. — cesserant *Madvigius, an* provincia ea p. i. posita recesserat*?* ‖ 3 imperii ei cessit *r* | recesserat *NPII: corr. Iahnius* ‖ 5 correpti*: corr. Ascensius* | contra *r* ‖ 6 grandi *r* ‖ 8 consulente *Leidensis r* ‖ 11 praeerant | sciso *r* | irrupit *r* ‖ 13 C. Caesar *r* | XXIIII *r* | 14 Prusia *r* ‖ 16 omnibus quidem *r* | Prusiam *r* ‖ 22 irruperunt *r* | Didio *r* | saxa et ‖ 23 uniuersam *r* ‖ 24 contra *r* | incitaretur *post* gerendum *add. r* inc. ab *add. Gronovius, lacunam indicavit H. I. Mueller, ante* ne *Iahnius, quam verbis* profectus esset, mortua *explet E. Schwartzius*

dum * * uxore Fulvia, ne concordia⟨e⟩ ducum obstaret, pace facta cum Caesare sororem eius Octaviam in matrimonium duxit. Q. Sa⟨l⟩videnum consilia nefaria adversus Caesarem molitum indicio suo protraxit, isque damnatus mortem conscivit. P. Ventidius, Antoni legatus, Parthos proelio victos Syria expulit Labieno, eorum duce, occiso. cum vicinus Italiae hostis, Sex. Pompeius, Siciliam teneret et commercium annonae inpediret, postulatam cum eo pacem Caesar et Antonius fecerunt ita, ut Siciliam provinciam haberet. praeterea motus Africae et bella *ibi* gesta continet.

EX LIBRO CXXVIII

Cum Sex. Pompeius rursus latrociniis mare infestum redderet nec pacem, quam acceperat, praestaret, Caesar necessario adversus eum bello suscepto duobus navalibus proeliis cum dubio eventu pugnavit. *P.* Ventidius, legatus M. Antoni, Parthos in Syria proelio vicit regemque eorum occidit. Iudaei quoque a legatis Antoni subacti sunt. praeterea belli Siculi apparatum continet.

EX LIBRO CXXVIIII

Adversus ⟨Sex.⟩ Pompeium vario eventu navalibus proeliis pugnatum est ita, ut ex duabus Caesaris classibus altera, cui Agrippa praeerat, viuceret, altera, quam Caesar duxerat, deleta expositi in terram milites

1 fuluia dimissa ne *r* | amissa *Dukerus* | concordia *NPΠ* ‖ 3 sauidienum *NP* Saluidemum *r*, *cf. p. 115, 6* | contra *r* ‖ 4 iudicio suo protexit *r* ‖ 5 sibi consciuit *r* ‖ 8 annone commeatum *r* ‖ 9 eopostulatam cum pacem *NPΠ* expostulatam cum e. p. *Iahnius* cum eo pastulatam *r* ‖ 10 quidem fecerunt *r* ‖ 11 ingesta *NPΠ: corr. Sigonius ex vet. lib.* in ea *Guelferbytanus* ‖ 13 rursum *r* ‖ 15 bello contra eum *r* ‖ 16 cum *om. r* | l. *NPΠr: corr. Sigonius ex vet. lib.* ‖ 17 proelio *om. r pagina exeunte* ‖ 18 interemit *r* ‖ 19 interempti *r* ‖ 22 Sex. *add. r* ‖ 23 certaminibus *r* | ut duarum classium Cesaris *r* ‖ 25 terra *P* | milites *om. r*

in magno periculo essent. victus deinde Pompeius in Siciliam profugit. M. Lepidus, qui ex Africa velut ad societatem belli contra Sex. Pompeium ⟨a⟩ Caesare gerendi traiecerat, cum bellum Caesar⟨i quo⟩que inferret, relict*us* ⟨ab⟩ exercitu, abrogato triumviratus honore vitam impetravit. M. Agrippa navali corona a Caesare donatus est, qui honos nulli ante eum habitus erat.

EX LIBRO CXXX

M. Antonius dum cum Cleopatra luxuriatur, tarde Mediam ingressus bellum cum legionibus XVIII et $\overline{\text{XVI}}$ equitum Parthis intulit, et cum duabus legionibus amissis, nulla re prospere cedente retro rediret, insecutis subinde Parthis et ingenti trepidatione et magno totius exercitus periculo in Armeniam reversus est, XXI die⟨bus⟩ CCC milia fuga emensus. circa $\overline{\text{VIII}}$ hominum tempestatibus amisit. tempestates quoque infestas super tam infeliciter susceptum Parthicum bellum culpa sua passus est, quia hiemare in Armenia nolebat, dum ad Cleopatram festinat.

EX LIBRO CXXXI

Sex. Pompeius cum in fidem M. Antoni veniret, bellum adversus eum in Asia moliens obpressus a legatis eius occisus est. Caesar seditionem veteranorum cum magna pernicie motam inhibuit, Iapy*d*as et Dal-

1 cum in *Vossianus r* | quammaximo *r* ‖ 2 in Ciliciam *Norvicensis* in Asiam *Ruhnkenius* in Sic. inde Asiam *Weissenbornius* in Asiam ex Sicilia *Madvigius, cf. Appian. civ. V 122 sq., 133* ‖ 3 a *add. r* ‖ 4 cum ei *r* | caesarque *NP* Cesar quoque *r: corr. Leidensis* ‖ 5 relicto exercitu *NPr: corr. Frobenius* ‖ 7 nemini *r* ‖ 10 A. *r* | dum — tarde *post* erat *(8) NP* | luxuriaretur *r* | tarde *om. r* | *lacunam post* tarde indicavit *E. Schwartzius* ‖ 11 Mediam prouintiam *r* ‖ 13 insequutus *r* ‖ 15 reversus et — emensus, circa *Halmius* ‖ 16 die *NPr* ‖ 18 tam *om. r* ‖ 22 Rex *r* | venisset *Gronovius* ‖ 23 moliens: a legatis eius oppressus est *r* ‖ 25 iapygas *NPΠ* Iapigas *Vossianus r: corr. Sigonius* | et *ante* Dalmatas *om. r*

matas et Pannonios subegit. Antonius Art*avas*den, Armeniae regem, fide data perductum in vincula conici iussit, regnumque Armeniae filio suo ex Cleopatra nato dedit, quam uxoris loco iam pridem captus amore eius habere coeperat.

EX LIBRO CXXXII

Caesar in Illyrico Dalmatas domuit. cum M. Antonius ob amorem Cleopatrae, ex qua duos filios habebat, Philadelphum et Alexandrum, neque in urbem venire vellet neque finito *iiivi*ratus tempore imperium deponere bellumque moliretur, quod urbi et Italiae inferret, ingentibus tam navalibus quam terrestribus copiis ob hoc contractis remissoque Octaviae, sorori Caesaris, repudio, Caesar in Epirum cum exercitu traiecit. pugnae deinde navalis et proelia equestria secunda Caesaris referuntur.

EX LIBRO CXXXIII

M. Antonius ad Actium classe victus Alexandriam profugit, obsessusque a Caesare in ultima desperatione rerum, praecipue occisae Cleopatrae falso rumore inpulsus se ipse interfecit. Caesar Alexandria in potestate⟨m⟩ redacta, Cleopatra, ne in arbitrium victoris veniret, voluntaria morte defuncta, in urbem reversus tres triumphos egit, unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, tertium de Cleopatra, inposito fine civilibus bellis altero et vicesimo anno. M. Lepidus Lepidi, qui triumvir fuerat, filius coniuratione adversus Caesarem facta bellum moliens oppressus et occisus est.

1 artunden *NPII* Artunidem *Vossianus: corr. Frobenius* Artiniridem *r* Artabanen *Oros. VI 19, 3* Artavanen? ‖ 7 J. Cesar *r* ‖ 10 eius ratus tempore *: corr. Gruterus* eius tempore Triumuiratus *Norvicensis r* ‖ 11 Vrbi Italieque *r* ‖ 18 A. *r* ‖ 19 rerum desperatione *r* ‖ 21 interemit *r* | Cesaris *r* | potestate ‖ 23 occubuit in *r* ‖ 25 ex Cleopatra *r* ‖ 26 et altero | et trigesimo *r* ‖ 27 qui lepidi triumuiri fuerat *Vossianus r* | contra *r* ‖ 28 et occisus *om. P*

EX LIBRO CXXXIIII

C. Caesar rebus conpositis et omnibus provincîs in certam formam redactis Augustus quoque cognominatus est; et mensis Sextilis in honorem eius appellatus est. cum ille † conventum Narbone egit, census a tribus Galliis, quas Caesar pater vicerat, actus. bellum adversus Basternas et Moesos et alias gentes a M. Crasso ** referuntur.

EX LIBRO CXXXV

Bellum a M. Crasso adversus Thracas et a Caesare adversus Hispanos gestum refertur, et Salassi, gens Alpina, perdomiti.

* * *

EX LIBRO CXXXVIII

Raeti a Tib. Nerone et Druso, Caesaris privign*is*, domiti. Agrippa, Caesaris gener, mortuus. a Druso census actus est.

EX LIBRO CXXXVIIII

Civitates Germaniae cis Rhenum et trans Rhenum positae oppugnantur a Druso, et tumultus, qui ob censum exortus in Gallia erat, conponitur. ar⟨a⟩ d⟨e⟩i Caesaris ad confluentem *Ar*aris et Rhodani dedicata, sacerdote creato C. Iulio Vercondaridubno Aeduo.

3 *lacunam post* redactis *indicavit Iahnius* ‖ 5 *corruptelae signum post* ille *posuit Madvigius, ante* cum *Iahnius* | ageret *Leidensis* | census ab eo de tribus *Halmius* ‖ 6 contra *r* | Bastarnas *r* ‖ 7 Crasso gestum *Sigonii vett. libri, cf. p. 33, 17* gentes gestum *Kornemannus* | refertur *Sigonii vett. libri r* ‖ 11 gentes alpine *r* ‖ 12 *libros* CXXXVI *et* CXXXVII *dcesse patet ex numeris in NP praescriptis, praeterea 24 versus vacuos reliquit P* ‖ 13 CXXXVI *r et deinceps* ‖ 14 Recia *Bergianus r* GRecia *Vossianus* | priuigno: *corr. Gronovius* ‖ 15 domita *r* | et a *r* ‖ 20 compositus *r* | ardi *NPΠ: correxi (Caesaris nomini si nihil adiectum erat, de Augusto cogitare licebat, v. p. 121, 21)* ara Caesari *r* a. divo Caesari *Sigonius* | Cesari *r* ‖ 21 maris *NPΠr: corr. Ascensius* | Sacerdoteque *r* ‖ 22 uercondaridubio *Norvicensis r* | Heduo *r*

EX LIBRO CXL

Thraces domiti a *L. Pis*one, item *Ch*erusci *Tenct*eri Chauci aliaeque Germanorum trans Rhenum gentes subactae a Druso referuntur. Octavia, soror Augusti, defuncta, ante amisso filio Marcello, cuius monimenta sunt theatrum et porticus nomin*e* eius dicata.

EX LIBRO CXLI

Bellum adversus transrhenanas gentes a Druso gestum refertur. in quo inter primores pugnaverunt Chumstinctus et Avectius, tribuni ex civitate Nerviorum. Dalmatas et Pannonios Nero, frater Drusi, subegit. pax cum Parthis facta est signis a rege eorum, quae sub Crasso et postea sub Antonio capta erant, redditis.

EX LIBRO CXLII

Bellum adversus Germanorum trans Rhenum civitates gestum a Druso refertur. ipse ex fractura, equo super crus eius conlapso, XXX die, quam id acciderat, mortuus. corpus a Nerone fratre, qui nuntio valetudinis evocatus raptim adcucurrerat, Romam pervectum et in tumulo C. Iuli reconditum. laudatus est a Caesare Augusto vitrico. et supremis eius plures honores dati. clades Quinctilii Vari.

2 Chraces *r* | a caepione *NPΠ: corr. Sigonius* a Scipione *r* | cerusti *NPΠ* | cenchrei *NPr* chencharei *Π: corr. Gronovius* ‖ 5 M. marcello *Vossianus* ‖ 6 nominis *NPΠ: corr. Sigonianus Bergianus* nomini *r* ‖ 8 contra *r* ‖ 10 †C. Humstinctus *Madvigius an* Chunistinctus? T. Senectius *r* | A. Vectius *Madvigius* Anectius tribuni ciuitatis *r* ‖ 19 mortuus est *r* ‖ 20 accurrerat *Leidensis r* | reuectum *r* ‖ 21 C. Iulii tumulo *r* | conditum *Pr* est *om. r* ‖ 22 illius funeribus *r* ‖ 23 dedit *Leidensis r* additi *Frobeniana* | clades — Vari *solus servavit Π v. p. 181, 14 et praefat.* | TITI LIUI · PERIO · CHAE ·,· OMNIUM · · LIBRORUM ·,· ABURBE CONDITA ·,· EXPLICIT ·,· LEGE FELICITER BONO TUO ·,· *N* Titi liui periochae omnium librorum ab urbe condita explicite sunt amen *P (minio)* TITI LIVI PERIOCHAE omnium Librorum ab urbe condita explicit *Π*

FRAGMENTA OXYRHYNCHI REPERTA

Col. I

.....niaromani caesi
.....cn. manlio cos
.....spaxiterumdataestp. lepidinus maximus
.....exmaximus q. fabium pr. quodflamen
.....alem eratproficisci insardiniam
.....ạnt antiochoregipaxdatalusitani
.....rhodonia desoli deductaacilius
.....ċensuram petens minantes
.....tionemcompellitoribusconposito
.....t

lib. XXXUIII

.....cia capta
.....raecisinpamphyliaproẹliouastatis
.....aliberataorigiacontis captiannobilis

1—13 *initiis versuum senae vel septenae vel quinae litterae perierunt* ‖ 3 *servatum est primae litterae* s *certum vestigium* ‖ 4 *litterae primae* e *superest tanta pars servata, ut omnino certa sit* ‖ 6 *de littera secunda* n *dubitat Kornemannus et secundam hastam etiam* i *esse posse putat, sed mihi* n *certa visa est, cum vestigium lineolae transversae hastas duas rectas coniungentis supersit; primam litteram vel* a *vel* e *vel* u *legi posse Grenfell mihi scripsit* ‖ 7 acilius *om. Grenfell-Hunt* ‖ 8 ensuram *Grenfell-Hunt* | imnantes *Kornemannus* ‖ 9 composito *Grenfell-Hunt* ‖ 14 *versu ineunte quinae vel senae litterae perierunt*

---

ad proximam paginam haec pertinent

1 *Liv. XXXVII 46, 7 sq.* ‖ 2 *ibid. 47, 7* ‖ 3 *ibid. 49, 1 sq., cf. 1 sq.* negata *Luterbacherus* data non *Grenfell-Hunt* denegata

Col. I

[liber XXXVII]

in Hispa]nia Romani caesi.
M. Fulvio] Cn. Manlio coss. 565/189
Aetoli]s pax iterum *neg*ata est. P. L*icini*us
pontif]ex maximus Q. Fabium praetorem, quod flamen
Quirin]*alis* erat, proficisci in Sardiniam
]ant. Antiocho regi pax data. Lusitani
vastati.] *Bon*onia ⟨colonia⟩ de *s. c.* deducta. Acilius
Glabrio] censuram petens minant*ibus*
accusa]tionem compe*t*itoribus *pro*posito
destiti]t.

liber XXXVIII

Ambra]cia capta.
Gallog]raecis in Pamphylia proelio vastatis
Phrygi]a liberata. Origiacontis †captiannobilis

Fuhrius nec data nec negata *ego, cf. Liv. 1,5 Gundermano vertenti Friedensmöglichkeit (-verhandlung) obstant cum alia tum Livii verba 49, 7* | *ibid. 51, 1* ‖ 5 *ibid.* ‖ 6 retinuit *Grenfell-Hunt* inhibuit *ego* impediit *vel* prohibuit *Kornemannus* ‖ 7 *Liv. 57, 5 sq.* | *ibid.* 7 *correxi* Bononia de Solis *(v. Liv. 56, 10)Grenfell-Hunt* Rhodonia *pro* Rhodos *dictum esse opinatur Gundermannus* ‖ 8 *Liv. 57, 10 sq.* ‖ 9 conposito *positum est errore orto propter id, quod praecedit,* competitoribus, *cf. vs. 163* ‖ 12 *Liv. XXXVIII 3, 9 sq.* ‖ 13 *ibid. 12, 1 sq.* | in Bithynia *Luterbacherus* ‖ 14 Phrygia *vel* Asia tota *Grenfell-Hunt* | Origiacontis *Gundermannus pro mulieris nomine habet, sed proxima quoque verba Grenfell-Hunt scribentes* captiva nobilis *emendasse non videntur* uxor Orgiacontis, captiva nobilis *Luterbacherus, an* capta Galli nobilis uxor *vel* uxor capta Galli nobilis*?, reguli Gallici nomen apud Livium 19, 2 et Polybium XXI 38 (XXII 21)* Ortiago *est, apud Valer. Max. VI 1 ext. 2 et de vir. inlustr. 55* Orgiago

.....onemcuiusuimpass. erataurumadmit
.....poscentemocciditcaputque eius aduirum
.....campanis conuriumdatum e.t
.....os etlacedaemonios cruenta..oelia
.....ulio calinatore cos
.....raedaexgallograeciapercra.[....
.....inucius myrtilusetl manilium.
.....os chartaginiensium qui
.....t
.....aminio cos.
.....africanusa quintismetellis dies
.....tratumabitquinereuocaretur
.....rib pl intergessit l. cornelius

col. II

scipiodam.....eni

.....IIII

per cflami.....mcos. ligures
perdomitiu.....taemiliamunitaesunt.
latinorum.....inumcoacta

15/6 *versibus ineuntibus senae vel septenae litterae desunt* || 17—19 *perierunt denae litterae* || 17 coniurium *Grenfell-Hunt* | e.t *om. Grenfell-Hunt* || 20 *ultimo loco post* a *pars hastae rectae litterae* e *vel* c *vel* g *dispicitur* || 20—27 *versibus ineuntibus perierunt novenae vel denae litterae* || 22 chartaginiensium *correctum ex* chartaginientium || 23 *post* t *nulla verba extitisse non prorsus certum esse dicit Kornemannus, sed F. G. Kenyon per litteras a me consultus vestigia atramenti, quae supersint, incertissima esse rescripsit* || 28 *versu medio undenae vel duodenae litterae perierunt* | *exeunte versu hodie nihil nisi* ni *dispici consulenti mihi rescripsit Grenfell, in imagine photographica litterae* ine *certae mihi videntur esse* || 30—44 *mediis versibus undenae vel duodenae vel ternae denae litterae intercederunt* || 31 Aemiliana *Grenfell-Hunt* | esunt *non dispexerunt Grenfell-Hunt*

centuri]onem, cuius vim passa erat, aurum ad ⟨se⟩ mittendam] poscentem occidit caputque eius ad virum reportavit.] Campanis conubium datum e[s]t. inter Achae]os et Lacedaemonios cruenta [pr]oelia.
M. Messala C. L]iuio Salinatore coss. 566/188
pretiosa p]raeda ex Gallograecia per Thra[eciam avecta. L. M]inucius Myrtilus et L. Manliu[s dediti legat]is Carthaginiensium, qui pulsati eran]t.
M. Lepido C. Fl]aminio coss. 567/187
P. Scipio] Africanus a Quintis Petillis die dicta in Li]terninum abît. qui ne revocaretur, Gracchus t]rib. pl. intercessit. L. Cornelius

col. II

Scipio dam[natus . . . . .]eni.

liber XXXV]IIII

Per C. Flami[nium M. Aemiliu]m coss. Ligures perdomiti. v[iae Flaminia e]t Aemilia munitae sunt. Latinorum [XII milia hom]inum coacta

15 *correxi* ad mittendam se *Gundermannus* aurum ad se mittendum *Kornemannus* aurum admissum nocte *Luterbacherus* ad dimittendam eam *Woelfflinus* ‖ 16 pensantem *Luterbacherus* ‖ 17 *suppl. Kornemannus* secum tulit *Grenf.-Hunt* | *Liv. XXXVIII 28, 4; 36, 5* ‖ 18 *ibid. 30 sq.* ‖ 19 *ibid. 35, 1; 7 suppl. Kornemannus* M. Valerio *Grenfell-Hunt* ‖ 20 *Liv. 40, 7 supplevi* deportata *Gundermannus* | Traeces *Gundermannus* ‖ 21 *supplevi* direpta *Gundermannus* ducta *Grenfell-Hunt* tracta *Kornemannus* ‖ 22 *Liv. 42, 7 supplevi et correxi* per legatos *Grenfell-Hunt* penes leg. *Gundermannus* ducti ad *?* ‖ 23 avecti *post* erant *add. Grenfell-Hunt* Carthaginem avecti *Luterbacherus* ‖ 24 *Liv. 42, 2 suppl. Kornemannus* M. Aemilio *Grenfell Hunt* ‖ 25 die ei *periocha, quod nescio an hic quoque restituendum sit* ‖ 26 *Liv. 50 sq.* in Liternum *Kornemannus, num* in exilium voluntarium *?* ‖ 27 *Liv. 55, 8 sq.* ‖ 28 damnatus quadragiens *van Wageningen* furti (*vel* peculatus) crimine *ego, v. perioch.* ‖ 30 *Liv. XXXIX 1 sq.* ‖ 31 *Liv. 2, 10* ‖ 32 *Liv. 3, 4 sq. supplevi, sed fortasse ex Livii verbis § 6* hominum *in* domum *mutandum est*

abromare.....mdegallo
graecisint.....ar....cunia
quaetrans.....ṭisp.ṛ.oluta
sp. postumo ..... s.
hispatafa.....ceetpupillo
aebutioqu.....rutilius
tutoretmą.....rcumscribserant
iudiciumrę.....ccha
ąliasubla.....pąn
ṣubactiat.....amina
primumafu.....eedita
galliinital.....ṛcellum
.ersuasit.....ṇt l. cornelius
scipiopos.....ḷudosuoti
uos conl.. .....t.
app.o claud.....o cos.
ligures fụ.....llisaccepta
p. claudiopulchṛ.....cinio cos.
ḥomini ccđ∞.....eficidamnati
l. quintiusfla.....gallia
quodphilippọ.....ṣuodeside
rantegladia.....culụm

col. III

suamanubonu

34 an [.pe]cunia *Grenfell-Hunt* || 35 *litterae* t *ante* isp *certum vestigium superest* || 37 Hispala *Grenfell-Hunt* || 41 *litterae* an *satis certae sunt* || 45 *in lacuna perierunt 14 litterae* || 46—48 *his lacunis haustae sunt denae quinae vel denae quaternae litterae* || 55—82 *huius columnae margine dextro abscisso quot litterae perierint, incertum est*

---

33 *Liv. 6, 3 sq. suppleverunt Grenfell-Hunt et Kornemannus* || 34 *supplevimus Kornemannus et ego* intervallo *Kornemannus* integre *Luterbacherus, sed cf. Liv. 7, 1 sq. et perioch. 39 in.* || 35 *suppleverunt Kornemannus et Luterbacherus* togatis *Kornemannus* tributis *Gundermannus* || 36 *Liv. 8, 1* || 37 *Livii codices 9, 5; 14, 3; 6* Feceniam *appellant* || 38 *Liv. 9, 2 sq.* || 39 scribti *Livii*

ab Roma re[dire. Manlius cu]m de Gallo-
graecis in[temperate triumf]ar[et, pe]cunia,
quae trans[lata erat, priva]tis p[e]r[s]oluta.
Sp. Postum⟨i⟩o [Q. Marcio co]ss. 568/186
Hispala Fa[ecenia meretric]e et pupillo
Aebutio, qu[em T. Sempronius] Rutilus
tutor et ma[ter Duronia ci]rcumscribserant,
indicium re[ferentibus Ba]ccha[n-
alia subla[ta in Italia. His]pani
subacti. at[hletarum cert]amina
primum a Fu[lvio Nobilior]e edita.
Gallis in Ital[iam profectis Ma]rcellus
p]ersuasit, [ut domum redire]nt. L. Cornelius
Scipio pos[t bellum Antiochi] ludos voti-
vos conl[ata pecunia feci]t.
App[i]o Claud[io M. Semproni]o coss. 569/185
Ligures fu[gati, VI oppida ab i]llis accepta.
P. Claudio Pulchr[o L. Porcio Li]cino coss. 570/184
hominum ad ∞[∞ a Q. Naevio ven]efici damnati.
L. Quintius Fla[mininus cos. in] Gallia,
quod Philipp[o Poeno, scorto] suo, deside-
rante gladia[torium specta]culum

col. III

sua manu Boiu[m nobilem occiderat,

codex Veronensis III 8, 4 ‖ 41 in Italia *supplevit Kornemannus* | *Liv. 21, 1 sq.; 10* ‖ 42 *Liv. 22, 2* ‖ 44 *supplevimus Grenfell-Hunt* (transgressis) *et ego* in Italiam ducti. per Marcellum *Kornemannus, sed v. Liv. 22, 6; 54, 2; 55, 1 sq.* in It. venere; his Marcellus *Luterbacherus* ‖ 45 *supplevit Kornemannus* senatus ut redirent *idem* ut trans Alpes r. *Grenfell-Hunt* ‖ 46 *Liv. 22, 8 sq.* post damnationem *Luterbacherus* ‖ 48 *Liv. 23, 2* ‖ 49 *ibid. 32, 1 sq. supplevi* multa millia capta *Grenfell-Hunt* clade ab illis acc. *Kornemannus* oppida ex illis sex capta *Luterbacherus* ‖ 50 *Liv. 32, 1 sq.* ‖ 51 *ibid. 41, 5 sq. correxerunt et suppleverunt Grenfell-Hunt et Reidius* circa duo milia *Grenfell-Hunt* cecidere ∞ ∞ *Gundermannus* Romae ad duo milia *Luterbacherus* ‖ 52 *Liv. 42, 5 sq. suppleverunt Grenfell-Hunt et Fuhrius* ob nefas in Gallia *Luterbacherus*

alanatonecen
uastaitaporcia
m. claudiomarcello
p. licini crassi po
ludis funeribus
tabernaculispo
nate . . eci . erat
inforofutura i
dim . . . . umhan
ge . . . . le
rit
l
l. a . . . . . n berio
bellum
ellites in
theoxen
inmarem . ugien
ficti egrimonibus
perpatrem coactu
p. lentulo m paebio
inagro l nerylli sc
a. postumio c.

61 a *post* t *certa est* ‖ 62 eciu *Grenfell-Hunt* ‖ 63 *ultima* i *certa est* ‖ 65 *prima littera* g *vel* c *vel* q *videtur esse non* f, *secunda* e, *deinde post lacunam* 4—5 *litterarum sequuntur* l *vel* h *vel* b *et* e, *denique ultimus libri versus, in quo certa vestigia litterarum* rit *supersunt; Grenfell-Hunt et Kornemannus unum versum cum litteris* fl *et* uhe *statuerant, quamquam* h *supra ceterarum litterarum altitudinem longe excedit et* e *super versum posita est* ‖ 67 l . a *iam non sunt in imagine photographica neque, id quod Grenfellius rescripsit, in papyro* ‖ 68 *pro* p *exeunte versu etiam* r *legi posse dicit Kornemannus et summa pars hastae eam litterae* r *esse evincit, cuius dextra pars periit*

Ser. Flacco Q. Calpurnio coss. 619/135

mons Aetna maioribus solito arsit ignibus. Romae puer solidus posteriore naturae parte genitus. Bono- 26 [85]
niae fruges in arboribus natae. bubonis vox primum in Capitolio, dein circa urbem audita. quae avis praemio posito ab aucupe capta combustaque; cinis eius in Tiberim dispersus. bos locutus. in Numantia res male gestae, exercitus Romanus oppressus.

P. Africano C. Fulvio coss. 620/134

in Amiterno sol noctu visus, eiusque lux aliquandiu fuit visa. bos locutus et nutritus publice. sanguine 27 [86]
pluit. Anagniae servo tunica arsit et intermortuo igne nullum flammae apparuit vestigium. in Capitolio nocte avis gemitus similes hominis dedit. in aede Iunonis Reginae scutum Ligusticum fulmine tactum. fugitivorum bellum in Sicilia exortum, coniuratione servorum ⟨in⟩ Italia oppressa.

⟨P. Mucio L. Pisone coss.⟩ 621/133

Tiberius Gracchus ** legibus ferendis occisus. pro- 27a
ditum est memoria, Tiberium Gracchum, quo die periit, tristia neglexisse omina, cum domi et in Capitolio sacrificanti dira portenderentur, domoque exiens sinistro ad limen offenso pede decusserit pollicem, et corvi fragmentum tegulae ante pedes eius proiecerint ex stillicidio. in lacu Romano lacte rivi manarunt. Lunae terra quattuor iugerum spatio in profundum abiit et mox de caverna lacum reddidit. Ardeae terra pluit.

2 *Orosius V 6, 2* ‖ 4 *cf. Plinius n. h. XVIII 166* | *cf. ibid. X 34 sq.* ‖ 7 in Numantiam *Schefferus* ‖ 11 fuit *seclusit H. I. Muellerus* fulsit *H. Hauptius* ‖ 14 noctua avis *Schefferus* | humanis *Heinsius* ‖ 17 in *addidit Iahnius* ‖ 18 *supplevit Oudendorpius* ‖ 19 *lacunam indicavit Iahnius, verbis* tr. pleb. *expleverim, cf. Florus II 2, 6* in *add. Kornemannus conferens p. 1615* ‖ 20 *Valer. Max. (Par.) I 4, 2* ‖ 24 proiecerunt: *corr. Stephanus* ‖ 25 Romae *Iahnius*

Minturnis lupus vigilem laniavit et inter tumultum effugit. Romae bubo et alia avis ignota visa. in aede lunonis Reginae clausis per biduum valvis infantis vox audita. scuta novo sanguine maculata. puella quadrupes nata. in agro Ferentino androgynus natus et in flumen deiectus. virgines ter novenae canentes urbem lustraverunt.

⟨P. Popillio P. Rupilio coss.⟩ 622

27b in Italia multa milia servorum, quae coniuraverant, aegre comprehensa et supplicio consumpta. in Sicilia fugitivi Romanos exercitus necaverunt. Numantia diruta.

C. Claudio M. Perperna coss. 624

28 Reate mulus cum quinque pedibus natus. Romae in
[87] *Graeco*stasi lacte pluit. lupus et canis Hostiae pugnantes fulmine exanimati. grex ovium in Apulia fulmine exanimatus. praetor populi Romani uno ictu fulmine exanimatus. Terracinae sereno navis velum in aqua deiectum; et impensas omnis, quae ibi erant, ignis absumpsit. Publius Crassus adversus Aristonicum dimicans occisus. Apollinis simulacrum lacrimavit per quatriduum. vates portenderunt Graeciae fore exitium, unde deductum esset. sacrificatum tum a Romanis donaque in templo posita. Phrygia recepta Asia Attali testamento legata Romanis. An-

2 Alifis avis *H. Hauptius* || 4 nova *Cuperus* | 8 *addidit Oudendorpius* || 13 Appio Claudio: *corr. Panvinius* || 15 agro Cortasi: *corr. Munkerus* || 17 fulmine exanimatum *ex versu 18, ubi post* uelum *traditur, huc reposui et correxi* || 18 fulminis *Schefferus* || 19 aquas *Schefferus* aquam *Barthius* | impensas] *v. Pallad. I 9, 4, Frontin. de aq. 124* | 21 *Augustinus de civ. d. III 11, Cass. Dio XXIV fragm. 84, 2* | Cumis *post* simulacrum *addidit Iahnius, sed deest apud Dionem quoque* | 22 responderunt *Munkerus* || 24 *lacunam post* Phrygia *Iahnius indicavit et* excepta *intercidisse coniecit, sed* Asia — legata *ablativum absolutum esse Oudendorpius docuit*

tiocho regi Syriae ingenti exercitu dimicanti hirundines in tabernaculo nidum fecerunt. quo prodigio neglecto proelium commisit et a Parthis occisus est.

⟨C. Sempronio M'. Aquilio coss.⟩ 625/129

∗∗ M. Fulvii Flacci triumviri ∗∗ dissensione in legibus ferendis ∗∗. angues duo nigri in cella Minervae allapsi civilem caedem portenderunt. 28a

M. Aemilio L. Aurelio coss. 628/126

nocturna tempestate in Capitolio aliquot templa concussa sunt. Romae et circa fulmine pleraque deiecta sunt. Aetna mons terrae motu ignes super verticem late diffudit, et ad insulas Liparas mare efferbuit et quibusdam adustis navibus vapore plerosque navalis exanimavit, piscium vim magnam exanimem dispersit, quos Liparenses avidius epulis appetentes contaminatione ventris consumpti, ita ut nova pestilentia vastarentur insulae. quod prodigium aruspicum responso seditionem, quae post tempora *ea fuit*, portendit. 29 [89]

M. Plautio M. Fulvio coss. 629/125

in arboribus fruges natae sunt. oleo et lacte in Veiente pluit. bubo in Capitolio visus. Arpis lapideus imber triduo ∗∗∗ apparuit locustarum ingenti agmine in Africa, quae a vento in mare deiectae 30 [90]

4 *addidit Iahnius* || 5 *lacunas indicaverunt Iahnius et H. I. Muellerus* | dissensiones *Iahnius* || 11 *Orosius V 10, 11, Strabo VI p. 277, Plin. n. h. II 203* || 12 insulam Liparas: *corr. Iahnius, cf. vs. 17* Lipara insula *Orosius* insulam Liparam *Schefferus* || 18 tempora patuit: *correxi* tempore Gracchi fuit *H. Hauptius* tempore patuit *Iahnius* || 20 P. Plautio: *corr. Oudendorpius* || 22 rapidus fiber *Oudendorpius* || 23 *Livii per. 60, Augustinus de civ. d. III 31, Oros V 11* | *orationem hiare Schefferus vidit* cecidit; vis (*vel* multitudo) *inseruit H. Hauptius, sed vereor, ne plura interciderint* | ingentia agmina *Lycosthenes* | 24 devectae *Heinsius*

fluctibusque eiectae odore intolerabili Cyrenis mortifero⟨que⟩ vapore gravem pestilentiam fecerunt pecori; hominumque DCCC milia consumpta tabe proditum est. Fregellae, quae adversus Romanos coniuraverunt, dirutae. Ligures Sallyes trucidati.

C. Cassio Longino C. Sex*tio* coss. 630/1

31 in Graecostasi lacte pluit. fulmine Crotone grex ovium
[91] cum cane et tribus pastoribus exanimatus. Saturae vitulus biceps natus. tumultus in urbe fuit ⟨C.⟩ Graccho leges ferente.

Cn. Domitio C. Fannio coss. 632/1

32 in foro Vessano androgynus natus in mare delatus
[92] est. in Gallia tres soles et tres lunae visae. vitulus biceps natus. bubo in Capitolio visus. *Aetnae* incendio Cat*in*a consumpta. Sallyes et Allobroges devicti.

L. Opimio Q. Fabio Maximo coss. 633/1

33 grex luporum limites, qui in agrorum divisione per
[93] C. Gracchum depositi erant, dissipavit. ipse Gracchus in Aventino occisus.

L. Aurelio *Cotta* L. Caecilio coss. 635/1

34 androgynus in agro Romano annorum octo inven-
[94] tus et in mare deportatus. virgines ter novenae in urbe cantarunt.

M. Catone *Q.* Marcio coss. 636/1

35 Catone consule immolante exta tabuerunt, caput io-
[95] cineris inventum non est. lacte pluit. terra cum

1 mortifero: *corr. Iahnius* et mortifero *Oudendorpius* ‖ 2 fecerunt. pecoris hominumque *Schefferus* ‖ 4 coniuraverant *Heinsius* ‖ 6 Sextilio: *corr. Hearnius* ‖ 8 Saturniae *Scaliger* Asturae *Cluverius* ‖ 9 C. *addidit Iahnius* ‖ 12 Suessano *Ortelius* Vescino *vel* Vesciano *Oudendorpius* Vestino *Scaliger* ‖ 13 *Plin. nat. hist. II 99* ‖ 14 *Orosius V 13, 3, Augustinus de civ. d. III 31* ‖ et ex: *corr. Oudendorpius* ‖ 15 cathena: *corr. Oudendorpius* ‖ 18 dispositi? ‖ 20 Aurelio .et. L: *corr. Iahnius* ‖ 24 Quintio Martio: *corr. Lycosthenes*

mugitu tremuit. examen apum in foro consedit. sacrificium ex Sibyllinis.

L. Caecilio †L. Aurelio coss. 637/117 (?)

fulmine Romae et circa pleraque tacta. Praeneste 36
lacte pluit. hastae Martis in regia motae. Priverni [96]
terra septem iugerum spatio in caverna desedit. Saturniae androgynus annorum decem inventus et mari demersus. virgines viginti septem urbem carmine lustraverunt. reliquum anni in pace fuit.

M'. Acilio C. Porcio coss. 640/114

P. Elvius eques Romanus a ludis Romanis cum in 37
Apuliam reverteretur, in agro Stellati filia eius virgo [97]
equo insidens fulmine icta exanimataque, vestimento deducto in inguinibus, exerta lingua, per inferiores locos ut ignis ad os emicuerit. responsum infamiam virginibus et equestri ordini portendi, quia equi ornamenta dispersa erant. tres uno tempore virgines Vestales nobilissimae cum aliquot equitibus Romanis incesti poenas subierunt. aedes Veneri Verticordiae facta.

C. Caecilio Cn. Papirio coss. 641/113

Albanus mons nocte ardere visus. aedicula et sig- 38
num de caelo tacta. ara Salutis interrupta. terra in [98]
Lucanis et Privernati late hiavit. in Gallia caelum ardere visum. Cimbri Teutonique Alpes transgressi foedam stragem Romanorum sociorumque fecerunt.

1 sacrificatum *Stephanus* || 3 L. Caecilio C. Licinio *H. Hauptius* Q. Caecilio Q. Mucio *Pighius* M. Caecilio M. Aemilio *H. I. Muellerus* || 6 *Cicero de div. I 97* | cavernam *Schefferus* ingenti caverna *Luterbacherus* || 10 M. Acilio: *corr. Hearnius* || 11 *Orosius V 15, 20 sq., Plutarchus qu. Rom. 83, perioch. 63, Cassius Dio XXII fragm. 87, 1 sq.* | Pompeius Eluius: *corr. Mommsenus* || 12 Apulia: *corr. Schefferus* || 14 ducto *Heinsius* | in *delevit Wopkensius* || 20 *Plin. nat. hist. II 100* | 21 *nomen aediculae et signi intercidisse putat Schefferus* Iovis aedicula *Iahnius*

P. Scipione L. Calpurnio coss. 643/11

39 maxima pars urbis exusta cum aede Matris magnae.
[99] lacte per triduum pluit, hostiisque expiatum maioribus.
Iugurthinum bellum exortum. 4

Sergio Galba M. Scauro coss. 646/10

40 avis incendiaria et bubo in urbe visae. in laotomiis
[100] homo ab homine adesus. ex Sibyllinis in insula Cimolia sacrificatum per triginta ingenuos patrimos et matrimos totidemque virgines. multa milia hominum intumescente Pado et stagno Arretino obruta. bis 10
lacte pluit. Nursiae gemini ex muliere ingenua nati, puella integris omnibus membris, puer a parte priore alvo aperto ita, ut nudum intestinum conspiceretur, idem posteriore natura solidus natus, qui voce missa expiravit. contra Iugurtham prospere dimicatum. 15

Q. Servilio Caepione ⟨C.⟩ Atilio Sarrano coss. 648/1

41 Amiterni cum ex ancilla puer nasceretur, ave dixit.
[101] in agro Perusino et Romae locis aliquot lacte pluit.
inter multa fulmine icta Atellis digiti hominis quattuor tamquam ferro praecisi. argentum signatum af- 20
flatu fulminis diffluxit. in agro Trebulano mulier nupta civi Romano fulmine icta nec exanimata. fremitus caelestis auditus et pila caelo cadere visa. sanguine pluit. Romae interdiu fax sublime volans conspecta. in aede Larum flamma a fastigio ad summum 25
columen penetravit innoxia. per Caepionem consulem senatorum et equitum iudicia communicata. cetera in pace fuerunt.

6 *Plin. nat. hist. X 36* | Vrbem: *corr. Stephanus* | lautumiis *Schefferus* latomiis *H. Hauptius* | 7 Cimolo *H. Hauptius* || 14 inde *Pighius* item *Oudendorpius* || 16 C. *add. Oudendorpius* || 17 *post* dixit *verba* P. Sarrano.G. Atilio Coss. *delevit Schefferus*

P. *Ru*tilio *Cn.* Ma*n*lio coss. 649/105

Trebulae Mutuscae ante quam ludi committerentur, 42
canente tibicine angues nigri aram circundederunt, de- [102]
sinente cantare dilapsi. postero die exorti a populo
lapidibus enecati. foribus templi adapertis simulacrum
Martis ligneum capite stans inventum. a Lusitanis
exercitus Romanus caesus.

C. Mario C. Fla*vio* coss. 650/104

bubo extra urbem visus. bos locuta. Trebulae Mu- 43
tuscae simulacrum in templo, quod capite ad*a*perto [103]
fuit, opertum inventum. Nuceriae ulmus vento eversa
sua sponte erecta in radicem convaluit. in Lucanis
lacte, Lunae sanguine pluit. Arimini canis locutus.
arma caelestia tempore † utroque ab ortu et occasu
visa pugnare et ab occasu vinci. aruspicum responso
populus stipem Cereri et Proserpinae tulit. virgines
viginti septem dona canentes tulerunt. luna interdiu
cum stella ab hora tertia usque ad horam septimam
apparuit. a fugitivis et desertoribus in Thurinis re-
giones vastatae. Cimbri Alpes transgressi *post* Hispa-
niam vastatam iunxerunt se Teutonis. lupus urbem
intravit. fulminis ictu vultures super turrem exani-
mati. hora diei tertia solis defectus lucem obscuravit.
examen apium ante aedem Salutis consedit. in co-
mitio lacte pluit. in Piceno tres soles visi. in agro
Vulsiniensi flamma e terra orta caelumque visa con-

1 Atilio et Cornelio Manilio: *corr. Oudendorpius* || 2 *et* 9 Mutuescae *Iahnius* || 2 *Granius Licin. p. 21a* || 8 Flacc.: *corr. Oudendorpius* || 10 adoperto: *corr. Heinsius* || 11 apertum *Schefferus* | *Plinius nat. hist. XVI 132* || 12 coaluit *Lycosthenes* || 13 Ameriae *Pighius* || 14 *Plinius nat. hist. II 148, Plutarch. Mar. 17* | tempore nocturno utrimque *Iahnius, lacuna ante* arma *indicata* | Tuderte Ameriaeque ab *ego tamquam tempore diurno et nocturno vel matutino et vespertino explicat Schefferus, sed fortasse glossa est ad* ab o. e. o. *adscripta* || 19 Tigurinis *Oudendorpius* || 20 per: *corr. Burmannus* || 21 inuasam *Iahnius* || 22 super curiam *Schefferus*

tingere. in Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter siminino capite. in Tarquiniensi lactis rivi terra scaturienti exorti. aruspicum responso signa oleaginea duo armata statuta supplicatumque. in Macedonia Thraces subacti.

C. Mario Q. Lutatio coss. 652/10

44 novendiale sacrum fuit, quod in Tuscis lapidibus plu-
[104] erat. urbs aruspicum iussu lustrata. hostiarum cinis per decemviros in mare dispersus, et per dies novem per magistratus circa omnia templa et municipia pompa ducta supplicantum. hastae Martis in regia sua sponte motae. sanguine circa amnem Anienem pluit. examen apium in foro boario in sacello consedit. in Gallia in castris lux nocte fulsit. puer ingenuus Ariciae flamma comprehensus nec ambustus. aedes Iovis clusa fulmine icta. cuius expiationem, quia pri⟨m⟩us monstraverat Aemilius Potensis aruspex, praemium tulit, ceteris celantibus, quod ipsis liberisque exitium portenderetur. piratae in *Cilicia* a Romanis deleti. Teutoni a Mario trucidati.

⟨C. Mario M'. Aquilio coss.⟩ 653/10

44a ancilia cum crepitu sua sponte mota. servus *Q.* Servilii Caepionis Matri Idaeae se praecidit, et trans mare exportatus, ne unquam Romae reverteretur. urbs lustrata. capra cornibus ardentibus per urbem ducta,

2 feminino *Iahnius* || 3 scaturientes *Heinsius* scaturientis *Oudendorpius, cf. p. 168, 23, al.* | exorta: *corr. Stephanus* || 8 *nonnulla prodigia ante* urbs *intercidisse putat H. Hauptius* || 10 circa omnia templa per magistratus: *transposui, sed fortasse praestat* per *ante* municipia *addere* | et compita *Oudendorpius* et munifica *H. Hauptius* || 11 supplicatum *Lycosthenes* || 16 Clusii *Heinsius, sed v. p. 171, 13* qui *Iahnius* || 17 prius: *corr. Schefferus* | potens artis aruspex *Oudendorpius* potens aruspex *Kappius* || 19 Sicilia: *corr. Sigonius* || 21 *supplevit Oudendorpius, cf. Livi per. 68* || 22 strepitu *periocha* | que: *corr. Iahnius* || 23 matris: *corr. Pighius* || 24 est portatus *Schefferus* | Romam *Schefferus*

porta Naevia emissa relictaque. in Aventino luto pluit. Lusitanis devictis Hispania ulterior pacata. Cimbri deleti.

C. Mario L. Valerio coss. 654/100

fax ardens Tarquiniis late visa subito lapsu cadens. 45
sub occasu solis orbis clipei similis ab occidente ad [105]
orientem visus *per*ferri. in Piceno terrae motu domicilia ruinis prostrata, quaedam convulsa sede sua inclinata manserunt. fremitus armorum ex inferno auditus. quadrigae auratae in foro a pedibus sudaverunt. fugitivi in Sicilia proeliis trucidati.

M. Antonio A. Postumio coss. 655/99

bubone in urbe viso urbs lustrata. nimbis et pro- 46
cella plurima dissipata, fulmine pleraque tacta. Lanuvii [106]
in aede Iunonis Sospitae in cubiculo deae sanguinis guttae visae. Nursiae aedes sacra terrae motu disiecta. Lusitani rebellantes subacti. Sex. ⟨Ti⟩tius tribunus plebis de agris dividendis populo cum repugnantibus collegis pertinaciter legem ferret, corvi duo numero in alto volantes ita pugnaverunt supra contionem, ut rostris unguibusque lacerarentur. aruspices sacra Apollin*i* litanda et de lege, quae ferebatur, supersedendum pronuntiarunt. fremitus ab inferno ad caelum ferri visus inopiam famemque portendit. populus stipem, matronae thesaurum et virgines dona Cereri et Proserpinae tulerunt. per virgines viginti septem cantitatum. signa cupressea duo Iunoni Reginae posita. in Lusitania prospere a Romanis pugnatum.

5 *Plin. n. h. II 100, Lyd. de ostent. 4* || 7 praeferri: *corr. Schefferus* || 11 sine proeliis *Oudendorpius, sed cf. Florus II 7, 8* pluribus proeliis *ego, v. p. 168, 10* || 16 sacrae — disiectae *Schefferus* | 17 Sextius: *corr. Pighius* || 22 Apollinis: *corr. Schefferus* || 24 *haec verba turbata esse collatis capitibus 43 et 53 Wissowa putat* | 26 *lacunam, in qua semimaris nati mentio facta sit, post* tulerunt *statuit H. Hauptius* | 27 cantu lustratum *Iahnius.*

Q. Metello *T.* Didio coss. 656/98

47 bubone in Capitolio supra deorum simulacra viso
[107] cum piaretur, taurus victima exanimis concidit. fulmine pleraque decussa. hastae Martis in regia motae. ludis in theatro creta candida pluit: fruges et tempestates portendit bonas. sereno tonuit. apud aedem Apollinis decemviris immolantibus caput iocineris non fuit, sacrificantibus anguis ad aram inventus. item androgynus in mare deportatus. in circo inter pila militum ignis fusus. Hispani pluribus proeliis devicti.

Cn. Cornelio Lentulo P. Licinio coss. 657/97

48 supplicatum in urbe, quod androgynus inventus et
[108] in mare deportatus erat. Pisauri terrae fremitus auditus. muri pinnae sine terrae motu passim deiectae civiles portendere discordias. Nursiae simulacrum Iovis in partem sinistram conversum. cupressea simulacra Iunonis Reginae posita per virgines viginti septem, quae urbem lustraverunt. Celtiberi M⟨a⟩edi Dardani subacti.

Cn. Domitio C. Cassio coss. 658/96

49 lupus urbem ingressus in domo privata occisus. bubo
[109] in Capitolio occisus. fulmine pleraque decussa. signa aurata Iovis cum capite columnaque disiecta. Faesulis sanguine terra manavit. Arretii mulieri e naso spicae farris natae, eadem farris grana vomuit. urbe lustrata Ptolomaeus, rex Aegypti, Cyrenis mortuus S. P. Q. Romanum heredem reliquit.

1 Tullio Didio: *corr. Oudendorpius* ‖ 3 tauro, *Burmannus* ‖ 9 *Seneca nat. quaest. I 1, 14* | Circeiis *Lipsius, sed v. p. 171, 13* ‖ 10 militum *delet Iahnius* ‖ 17 cantitatum *ante* per *add. Oudendorpius* ‖ 18 Medi: *corr. Pighius* ‖ 22 statua *Iahnius, verum dicuntur non statuarum capita, sed columnarum*

L. Crasso Q. Scaevola coss. 659/95

Caere lacte pluit. Lebadiae Eutychides in templum 50
Iovis Trophonii degressus tabulam aeneam extulit, [110]
in qua scripta erant, quae ad res Romanas pertine-
rent. fulminis afflatu pleraque animalia exanimata.
Venafri hiatu terra alte subsedit. vultures canem mor-
tuum laniantes occisi ab aliis et comesi vulturibus.
agnus biceps, puer tribus manibus totidemque pedibus
natus At*. hastae Martis in regia motae. androgynus
Vrbino natus in mare deportatus. pax domi foris-
que fuit.

C. *Caelio* L. Domitio coss. 660/94

novendiale sacrum fuit, quod in Volsca gente lapi- 51
dibus pluerat. Vulsiniis luna nova defecit et non nisi [111]
postero die hora tertia comparuit. puella biceps, qua-
dripes, quadrimana, gemina feminea natura mortua
nata. avis incendiaria visa occisaque. in Vestinis in
villa lapidibus pluit. fax in caelo apparuit et totum
caelum ardere visum. terra sanguine manavit et con-
crevit. canes saxa tegulas vulgo roserunt. Faesulis
ingens multitudo inter sepulcra lugubri veste, pallida
facie interdiu ambulare gregatim visa. per Nasicam
Hispaniae principes, qui rebellabant, supplicio con-
sumpti, urbibus dirutis.

C. Valerio M. Herennio coss. 661/93

Romae et circa fulmine pleraque decussa. ancilla 52
puerum unimanum peperit. Fregellis aedes Neptuni [112]

1 P. Crasso: *corr. Iahnius* || 3 digressus: *corr. Oudendorpius* || 5 Faesulis *vel* Vulsiniis *ante* fulminis *add. Oudendorpius* || 9 natus. At: *lacunam indicavit Iahnius et* Atellae *coniecit* at *delevit H. I. Muellerus* Ateste *ego* || 10 in Vrbino *H. Hauptius, sed v. 171, 14* || 12 Laelio: *corr. Hearnius* || 14 nona *Schefferus* || 18 fauilla lapidibusque *Iahnius* || 19 sanguinem *Schefferus* | contremuit *Schefferus* 20 teg. uultures ros. *Oudendorpius* | *exciditne* lateres *ante* uulgo? || 22 per Flaccum *Sigonius*

nocte patefacta. maris vituli cum exta demerentur, gemini vitelli in alvo eius inventi. Arretii signum aeneum Mercurii sudavit. in Lucanis gregem vervecum, cum pasceretur, et nocte in stabulo flamma circundata nihil adussit. Carseolis torrens sanguinis fluxit. lupi urbem ingressi. Praeneste lana volitavit. in Apulia mula peperit. milvus in aede Apollinis Romae comprehensus. Herennio consuli bis immolanti caput iocineris defuit. in sacro novendiali cena deae posita a cane adesa, antequam delibaretur. Vulsiniis prima luce flamma caelo emicare visa; cum in unum coisset, os flamm*a* ferrugineum ostendit, caelum visum d*i*sc*e*dere, cuius hiatu vertices flammae apparuerunt. lustrationibus prospere expiatum. nam totus annus domi forisque tranquillus fuit.

C. Claudio M. Perpenna coss. 662/9

53 bubo in aede Fortunae equestris comprehensus inter
[113] manus expiravit. Faesulis fremitus terrae auditus. puer ex ancilla natus sine foramine naturae, qua humor emittitur. mulier duplici natura inventa. fax in caelo visa. bos locuta. examen apium in culmine privatae domus consedit. Volaterris sanguinis rivus manavit. Romae lacte pluit. Arretii duo androgyni inventi. pullus gallinaceus quadripes natus. fulmine pleraque icta. supplicatio fuit. populus Cereri et Proserpinae stipem tulit. virgines viginti septem carmen canentes urbem lustraverunt. M⟨a⟩edorum in Macedonia gens provinciam cruente vastavit.

4 cum pasceretur] '*de die scilicet*' *Schefferus* || 9 deae diae*?* || 10 dedicaretur *H. Hauptius* || 12 flammae: *corr. Oudendorpius* | descendere: *corr. Schefferus* || 13 e cuius *Schefferus, sed v. p. 171, 7 et Oros. V 18, 5* || 16 Perperna *Hearnius, s. v. Tacitus ann. III 62, Appian. Maced. 18, 1, alios* || 17 *Diodor. XXXII 12, 2* || 19 quo *Stephanus* || 27 Medorum: *corr. Schefferus*

L. Marcio Sex. Iulio coss. 663/91

Livio *Druso tr. pl.* leges ferente cum bellum Italicum consurgeret, prodigia multa apparuerunt urbi. sub ortu solis globus ignis a septemtrionali regione cum ingenti sono caeli emicuit. Arretii frangentibus panes cruor e mediis fluxit. in Vestinis per dies septem lapidibus testisque pluit. Aenariae terrae hiatu flamma exorta in caelum emicuit. circa Regium terrae mot*u* pars urbis murique diruta. in Spoletino colore aureo globus ignis ad terram devolutus, maiorque factus e terra ad orientem ferri visus magnitudin*e* sol*em* obtexit. Cu*m*is in arce simulacrum Apollinis sudavit. aedis Pietatis in circo Flaminio clausa fulmine icta. Asc*u*lo per ludos Romani trucidati. cum ex agris in urbem pecora armentaque Latini agerent, strages hominum passim facta. armenta in tantam rabiem concitata sunt, ut vastando suos hostile imaginarentur bellum † lacrimantesque multis affectibus calamitatem praesagirent suis. 54 [114]

L. Iulio Caesare P. Rutilio coss. 664/90

Metella Caecilia somnio Iunonem Sospitam profugientem, quod immunde sua templa foedarentur, cum suis precibus aegre revocatam diceret, *aed*em matronarum sordidis obscenisque corporis coinquinat*a*m mi- 55 [115]

2 Libius Troso.P. Tarquinius leges ferentes: *corr. Leopardus* ‖ 3 *Orosius V 18, 3 sq., Cicero de divinat. I 99* | Vrbini sub *Schefferus, sed cf. Oros.* ‖ 7 Aeserniae *Oudendorpius* ‖ 8 terremota: *corr. editio Basileensis prima* terra mota *H. Hauptius* ‖ 9 e caelo colore *Schefferus* ‖ 11 magnitudinem Solis: *corr. Oudendorpius Orosium l. m. secutus* ‖ 12 Cuius: *corr. Scaliger, cf. Cicero de divin. I 98, Florus I 24, 3, alios* ‖ 14 A Sylo: *corr. Schefferus* | *Orosius V 18, 9, Augustinus de civ. dei III 23* ‖ 15 strage *Iahnius* ‖ 17 sociale *Iahnius* ‖ 18 lacrimabilemque multis mugitibus *Kappius* bellum capri canesque *H. Hauptius* b. lacrimantesque canes *ego* | afflictibus *Oudendorpius* ‖ 21 *Cic. de div. I 4; 99* ‖ 24 gregem — coinquinatum — in quo — commundatum: *corr. Oudendorpius* ‖ 24 menstruis *Heinsius*

nisteriis, in qu*a* etiam sub simulacro deae cubile canis *cum* fetu erat, commundat*am* supplicationibus habitis pristino splendore restituit. a Picentibus Romani barbaro more excruciati. ubique in Latio clades acce*pta*. *Ru*tilius Lupus spretis religionibus, cum in extis caput non invenisset iocineris, amisso exercitu in proelio occisus.

L. Sylla Q. Pompeio coss. 666/88

56 Pompe⟨d⟩ius S*i*lo in oppidum Bovianum, quod ce-
[116] perat, triumphans invectus omen victoriae hostibus ostendit, quia triumphus in urbem victricem, non victam induci solet. proximo proelio amisso exercitu occisus. Mithridati adversus socios bellum paranti prodigia apparuerunt. Stratopedo, ubi senatus haberi solet, corvi vulturem tundendo rostris occiderunt. in eundem locum sidus ingens caelo demissum. Isidis species visa * fulmine petere. lucum Furiarum cum Mithridates succenderet, risus exauditus ingens sine auctore. cum aruspicum iussu virginem Furiis immolaret, e iugulo puellae risus ortus turbavit sacrificium. classis Mithridatis in Thessalia † a Romanis in proelio amissa.

⟨Cn. Octavio L. Cinna coss.⟩ 667/87

56a Cinna et Mario per bella civilia crudeliter saevientibus Romae in castris Gnaei Pompei caelum ruere visum, arma signaque tacta, milites exanimati. ipse Pompeius afflatus sidere interiit. lectum eius populus

2 confoetuerat: *corr. Schefferus* confetae erat *Schefferus* ‖ 3 splendor*i* *Lycosthenes* ‖ 4 accensa: *corr. Schefferus* acceptae *H. Hauptius* | Lucilius: *corr. Freinshemius* ‖ 8 Pompeius Sylo: *corr. Vossius* ‖ 14 strategeo *Cuperus* ‖ 17 *post* visa *suppleo* sambucam *ex Appiani Mithr. 27* ‖ 18 succederet *Heinsius* succideret *Burmannus Appianum ibid. secutus* ‖ 21 incensa alia *Iahnius* | Rhodiis *Oudendorpius* a Romanis *del. H. I. Muellerus, cf. Appian. Mithr. 25 aut 29* | sine proelio *Heinsius* ‖ 22 demersa *Iahnius* accisa *Schefferus* ‖ 23 *supplevit Oudendorpius* ‖ 27 *Orosius V 19, 18* (fulmine adflatus, *sed cf. Plin. n. h. II 108*)

diripuit, corpus unco traxit, quod discrimine civili perseverasset periclitanti patriae non succurrere, cum et imperium et maximos haberet exercitus.

⟨L. Cinna C. Mario coss.⟩ 668/86

Piraeum Sylla cum oppugnaret diuturno labore, unus 56b
miles eius aggerem ferens exanimatus fulmine. aruspex respondit, quod caput iacentis in oppidum versum esset, introitum et victoriam Romanis significare. post breve tempus Athenae et Piraeum a Sylla capta. Ilio a C. Fimbria incenso cum aedes quoque Minervae deflagrasset, inter ruinas simulacrum antiquissimum inviolatum stetit spemque restitutionis oppido portendit.

L. Scipione C. Norbano coss. 671/83

per Syllana tempora inter Capuam et Vulturnum in- 57
gens signorum sonus armorumque horrendo clamore [118]
auditus, ita ut viderentur duae acies concurrere per plures dies. rei miraculo int*enti*us considerantibus vestigia equorum hominumque et recens protritae herbae et virgulta visa molem ingentis belli portendere. in Etruria Clusii mater familiae vivum serpentem peperit, qui iussu aruspicum in profluentem deiectus a⟨d⟩versa aqua natavit. Lucius Sylla post quintum annum victor in Italiam reversus magno terrori fuit inimicis.

4 *supplevit Oudendorpius* ‖ 5 Diuturno labore, *quod ante* quod (7) *legebatur, huc transposui* ‖ 7 resp. haud diuturno *Schefferus* ‖ 10 *Augustinus de civ. dei III 7, Appian. Mithr. 53, [Aurel. Vict.] de vir. inlustr. 70, 3, Servius ad Vergilii Aen. II 166* ‖ 15 *Augustinus de civ. II 25* ‖ 16 armatorumque *Oudendorpius* | horrendus clamor *Heinsius* h. clangor *Burmannus* | cum *addidit Iahnius ante* horrendo ‖ 18 maiore mir. *Iahnius* aream miraculi *M. Hauptius* | miraculum *Stephanus* | ĩtus: *corr. Schefferus* interius *Iahnius* ‖ 19 recentes: *corr. Schefferus* recenter *Heinsius* ‖ 21 *Appianus civ. I 83, cf. Plinius nat. hist. VII 34* ‖ 22 auersa: *corr. Stephanus*

* aeditui Capitolium una nocte conflagravit. Syllae crudelitate foeda proscriptio principum fuit. centena milia hominum consumpta Italico civilique bello relata sunt.

M⟨am⟩. Aemilio D. Bruto coss. 677/7

58 *D.* Laelius legatus Pompei (cui prodigium Romae erat 6
[119] factum in lecto uxoris duo angues conspecti in diversumque lapsi, proxime Pompeio in castris sedenti accipiter super caput accesserat) in Hispania adversus Sertorium inter pabulatores occisus. 10

Cn. Octavio C. Scribonio coss. 678/7

59 Reate terrae motu aedes sacrae in oppido agrisque
[120] commotae, saxa, quibus forum stratum erat, discussa, pontes interrupti, ripae ⟨prae⟩labentis fluminis in aquam provolutae, fremitus inferni exauditi et post 15 paucos dies, quae concussa erant, corruerunt. saxum vivum cum provolveretur, in praecipiti rupe immobile stetit. a Sertorio in Hispania exercitus Romani caesi. adversum Maedos varie dimicatum.

C. Aurelio L. Octavio coss. 679/7

60 Sertorio in Hispania exercitum ducenti tale prodi- 21
[121] gium est factum: scuta equitum parte exteriore iaculaque et pectora equorum cruenta visa. quod prosperum sibi interpretatus est Sertorius, quia exteriora hostili sanguine maculari solent. continua ei proelia 25 cum successu fuerunt.

1 culpa *post* aeditui *add. Scaliger* incuria *Pighius* fraude *ante* aeditui *ego Tacitum secutus hist. III 72* | *post* conflagravit *nomina* C. Marii Cn. Papirii Carbonis consulum *inseruit H. Hauptius* || 3 relatum fuit *Oudendorpius* || 5 Marco: *corr. Oudendorpius* | *lacunam post* Aemilio *statuit H. Hauptius* || 6 Didius: *corr. Pighius* || 8 elapsi *Schefferus* | Pompeium *Munckerus* a Pompeio *Oudendorpius* || 14 labentis: *corr. Iahnius* 19 Medos: *corr. Schefferus* || 20 Lucio Aurelio: *corr. Oudendorpius*

⟨M. Varrone C. Cassio coss.⟩ 681/73

Cyzicum Mithridates cum oppugnaret, Aristagorae, qui 60a
in summo magistratu erat, Proserpina in quiete visa
est dicere adversus tibicines se *tu*bicinem comparasse.
postero die turres hostium vento disiectae sunt. ad
immolandum bos sacra iniussa de montibus per hos-
tium classem adnatavit seque ad aras percutiendam
obtulit.

M. C*icero*ne C. Antonio coss. 691/63

fulmine pleraque decussa. sereno Vargunteius Pom- 61
pei*i*s de caelo exanimatus. trabis ardens ab occasu [122]
ad caelum extenta. terrae motu Spoletum totum con-
cussum, et quaedam corruerunt. inter alia relatu⟨m⟩,
biennio ante in Capitolio lupam Remi et Romuli ful-
mine ictam, signumque Iovis cum columna disiectum,
aruspicum responso in foro repositum. tabulae legum
aeneae ∗∗ litteris liquefactis. ab his prodigiis Cati-
linae nefaria conspiratio coepta.

⟨D. Iunio L. Murena coss.⟩ 692/62

C. Anton*ius pro*cos. cum in agro Pistoriensi Catili- 61a
nam devicisset, laureatos fasces in provinciam tulit.
ibi a Dardanis oppressus amisso exercitu profugit. ap-
paruit eum hostibus portendisse victoriam, cum ad eos
laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat
deponere.

1 *supplevit Oudendorpius* || 2 *Plutarch. Luc. 10* || 4 Tibicinem: *corr. H. Hauptius* adversus tubicines (*vel* tubicinem) *Schefferus* || 9 Cesone: *corr. Muretus* || 10 Pompeius: *corr. Schefferus* || 11 ab occasu ad ortum in caelo *H. Hauptius* || 13 relatu: *corr. Lycosthenes* || 16 reposita *Iahnius* || 17 *lacunam hic indicavi, in qua verba* caelo tactae *videntur periisse* liquefactae *Oudendorpius* | *Cic. in Cat. III 18, Plin. n. h. II 137, Cass. Dio XXXVII 25, 1 sq.* || 19 *supplevit Iahnius* || 20 M. Cic. Gaio A. — deponere, *quae post* devicti *p. 176, 5 ponuntur, huc transponenda esse vidit Oudendorpius* | M. Cic. Gaio Antonio Coss.: *corr. Iahnius* || 23 enim *Turnebus*

Quinto Metello L. Afranio coss. 694/60

62 die toto ante sereno circa horam undecimam nox se
[123] intendit, deinde restitutus fulgor. turbinis vi tecta deiecta. ponte sublapso homines in Tiberim praecipitati. in agris pleraeque arbores eversae radicibus. Lusitani Gallaeci devicti.

⟨Cn. Domitio M. Messala coss.⟩ 701/53

63 lupi in urbe visi. nocturni ululatus flebiles canum auditi. simulacrum Martis sudavit. fulmen tota urbe pervagatum pleraque deorum simulacra decussit, homines exanimavit. urbs lustrata. propter dictaturam Pompeii ingens seditio in urbe fuit.

L. Domitio Appio Claudio coss. 704/50

[124] M. Crassus ad Parthos profectus cum Eufratem trans-
64 iret, multa prodigia neglexit. cum etiam coorta tempestas signifero signum a*b*reptum mersisset gurgiti, et offundente ⟨se⟩ nimborum caligine prohiberentur transire, pertinaciter perseverans cum filio et exercitu interiit.

L. Paulo C. Marcello coss. 704/50

65 mula pariens discordiam civium, bonorum interitum,
[125] mutationem legum, turpes matronarum partus significavit. incendium, quo maxima pars urbis deleta est, prodigii loco habitum. inter Caesarem et Pompeium bella civilia exorta.

⟨C. Caesare P. Servilio coss.⟩ 706/48

65a adversus Caesarem Pompeius ⟨in⟩ Macedonia cum invitatis gentibus amicis instrueret aciem, a Dyrrhachio

5 radictius *Schefferus* ‖ 6 Callaeci *Oudendorpius* ‖ 7 *supplevit Oudendorpius* ‖ 8 *Cassius Dio XL 17, 1* ‖ 13 Gneo: *corr. Oudendorpius* ‖ 15 *Florus I 46, 4* ‖ enim *Oudendorpius* ‖ 16 arreptum: *corr. Oudendorpius* ‖ gurgite *H. Hauptius* ‖ 17 se *add. Heinsius* ‖ 23 *Orosius VI 14, 4 sq., VII 2, 11* ‖ 26 *add. Oudendorpius* ‖ 27 in *add. Schefferus* ‖ incitatus a gentibus et amicis

venientibus adversa fuerunt fulmina. examen apium in signis † portendit. nocturni terrores in exercitu fuere. ipse Pompeius pridie pugnae die⟨m⟩ visus in theatro suo ingenti plausu excipi. mox acie victus in Aegypto occisus. eo ipso die plerisque locis signa sua sponte conversa ⟨constat⟩, clamorem crepitumque armorum Antiochiae, bis ut curreretur in muros, auditum ⟨Ptolema⟩ideque, sonum tympanorum Pergami. palma viridis Trallibus in aede Victoriae sub Caesaris statua inter coagmenta lapidum magnitudine matur⟨a⟩ enata. C. Cornelius augur Patavii eo die, cum aves admitterent, proclamavit rem geri et vincere Caesarem.

C. Caesare M. Lepido coss. 708/46

decem legion*um* aquilae ⟨Gnaeo⟩, *C*n. Pompeii filio, 66
quae fulmina tenebant, visae dimittere et in sublime [126]
avolare. ipse adulescens Pompeius victus et fugiens occisus.

C. Caesare M. Antonio coss. 710/44

Caesari dictatori exta sine corde inventa. Calpurnia 67
uxor somniavit fastigium domus, quod *S. C.* erat ad- [127]
iectum, ruisse. nocte cum valvae cubi⟨cu⟩li clausae essent, sua sponte apertae sunt, ita ut lunae fulgore, qui intro venerat, Calpurnia excitaretur. ipse Caesar viginti tribus vulneribus in curia Pompeiana a coniuratis confossus.

Burmannus invitus instigantibus a. *Iahnius* || 1 *Florus II 13, 45, Valerius Maximus I 6, 12* || 2 consedit *Oudendorpius* perniciem portendit *an* [in] signis praetendit*? cf. p. 181, 11* || 3 die: *corr. Schefferus* || 6 constat *sumpsi a Valerio* || 7 auditum, indéque: *supplevi Valerio usus* || 8 in dei aede *Oudendorpius* || 10 mature: *corr. Freinshemius* || 11 *Plutarchus Caes. 47* || 14 decimae Legionis: *corr. Schefferus* | Aquilae Gn. Pompeii: *corr. Iahnius Cassium Dionem XLIII 35, 4 secutus* || 20 sicut: *corr. Freinshemius, cf. Florus II 13, 91* || 21 cubili: *corr. Schefferus*

M. Antonio P. Dol*a*bella coss. 710/

68 C. Octavius testamento Caesaris patris Brundusii se
[128] in Iuliam gentem adscivit. cumque hora diei tertia ingenti circunfusa multitudine Romam intraret, sol puri ac sereni caeli orbe modico inclusus extremae lineae circulo, qualis tendi arcus in nubibus solet, e*um* circunscripsit. ludis Veneris Genetricis, quos pro collegio fecit, stella hora undecima crinita sub septentrionis sidere exorta convertit omnium oculos. quod sidus quia ludis Veneris apparuit, divo Iulio insigne capitis consecrari placuit. ipsi Caesari monstrosa malignitate Antonii consulis multa perpesso generosa fuit ad resistendum constantia. terrae motus crebri fuerunt. fulmine navalia ⟨et alia⟩ pleraque tacta. turbinis vi simulacrum, quod M. Cicero ante cellam Minervae pridie, quam plebiscito in exilium iret, posuerat, dissipatum membris pronum iacuit, fractis humeris bracchiis capite: dirum ipsi Ciceroni portendit. tabulae aeneae ex aede Fidei turbine evulsae. aedis Opis valvae fractae. arbores radicitus et pleraque tecta eversa. fax caelo ad occidentem visa ferri. stella per dies septem insignis arsit. soles tres fulserunt, circaque solem imum corona spic⟨e⟩ae similis in *o*rbem emicuit, et postea in unum circulum sole redacto multis mensibus languida lux fuit. in aede Castoris nominum litterae quaedam Antonii et Dolabellae consulum excussae sunt, quibus utrisque alienatio a patria significata. canum ululatus nocte ante pontificis maximi domum [Lepidi] auditi, ex his maximus a ceteris la-

1 Dolobella ‖ 3 adseruit *Schefferus* adscitum audivit *Luterbacherus* ‖ 4 *Plin. n. h. II 98, Oros. VI 20, 5, Lyd. de ost. 10 b* ‖ 7 eam: *corr. Schefferus* ‖ 14 *Cassius Dio XLV 17, 2 sq.* | et alia *addidi* ac pleraque *Iahnius* ‖ 16 Plebiscito *ante* ante (15) *legebatur: transposuit Schefferus* ‖ 17 *nonne* dissipatis? ‖ 22 in signo scorpionis non fulsit *H. Hauptius* | *Hieronym. chron. a. Abr. 1973* ‖ 23 spicae: *corr. Schefferus* | Vrbem: *corr. Schefferus* ‖ 25 *Cassius Dio XLV 17, 6* ‖ 27 utriusque *Oudendorpius* ‖ 29 Lepidi *seclusit Schefferus post* ante *ponit Kornemannus* flebiles *Iahnius*

niatus turpem infamiam Lepido portendit. Hostiae grex piscium in sicco reciproco maris fluxu relictus. Padus inundavit et intra ripam refluens ingentem viperarum vim reliquit. inter Caesarem et Antonium civilia bella exorta.

C. Pansa ⟨A.⟩ Hirtio coss. 711/43

Caesari cum honores decreti essent et imperium adversus Antonium, immolanti duplicia exta apparuerunt. secutae sunt eum res prosperae. C. Pansae cos. statua equestris †Antonii domi corruit. equus phaleratus in ipsius conspectu festinans concidit. quidam e populo sanguine victimarum prolaps*us* respersam cruore palmam proficiscenti dedit. funesta haec ipsi prodigia fuerunt, qui mox adversus Antonium dimicans in mortem vulneratus est. armorum telorumque species a terra visa cum fragore ad caelum ferri. signa legionis, quae relicta a Pansa ad urbis praesidium er*at*, veluti longo situ inductis araneis ve*sti*ri visa. fulmine pleraque icta. in castris Caesaris luce prima in culmine praetorii super linteum consedit aquila, inde circumvolantibus minoribus avibus excita de conspectu abiit. oraculo Apollinis vox audita: lupis rabies hieme, aestate frumentum non demessum. veteranis Caesari consulatum flagitantibus terribilis tumultus Romae fuit. Caesar cum in campum Martium exercitum deduceret, sex vultures apparuerunt. conscendenti deinde rostra creato consuli iterum sex vultures conspecti veluti Romuli auspiciis novam urbem condituro signum dederunt. reconciliatione inter Caesarem Antonium Lepidum facta foeda principum fuit proscriptio. 69 [129]

6 A. *add. Oudendorpius* ‖ 9 Pansa: *corr. Oudendorpius, Cass. Dio XLVI 33, 2* ‖ 10 aenea domi *Oudendorpius* anticae domi *? ἀνδριὰς — χαλκοῦς ἐν τῷ τῆς οἰκίας προθύρῳ Dio, sed fortasse* Antonii *dittographia vocis* domi *est* ‖ 12 prolapso: *corr. Schefferus ex Dione l. c.* ‖ 14 quippe *Oudendorpius* ‖ 17 erant: *corr. Schefferus* ‖ 18 uenire: *corr. M. Hauptius* obretiri *Heinsius*

M. Lepido Munatio Planco coss. 712/

70 mula Romae ad duodecim portas peperit. canis aedi-
[130] tui mortua a cane tracta. lux ita ⟨nocte⟩ fulsit, ut tamquam die orto ad opus surgeretur. in Mutinensi victoriae Marianae signum meridiem spectans sua sponte conversum in septentrionem hora quarta. cum haec victimis expiarentur, soles tres circiter hora tertia diei visi, mox in unum orbem contracti. Latinis in Albano monte cum sacrificaretur, ex hum⟨er⟩o *et* pollice Iovis cruor manavit. per Cassium et Brutum in provinciis direptionibus sociorum bella gesta. notatum est prodigii loco fuisse, quod P. Titius praetor propter dissensiones collegae magistratum abrogavit; et ante annum est mortuus. constat neminem, qui magistratum collegae abstulerat, annum vixisse. abrogaverunt autem hi: Lucius Iunius Brutus consul Tarquinio Collatino, Tib. Gracchus M. Octavio, ⟨Cn. Octavius L. Cinnae,⟩ C*n.* Cinn*a tr. pl.* P. Marullo, Tullius ∗∗. Bruto et Cassio pugnam adversus Caesarem et Antonium molientibus in castris Cassii examen apium consedit. locus aruspicum iussu interclusus interius ducto vallo. vulturum et aliarum alitum, quibus strages cadaverum pabulo est, ingens vis exercitum advolavit. puer in pompa Victoriae cultu cum ferretur, ferculo decidit. lustratione lictor perversis fascibus lauream imposuit. Brutianis in proelium egredientibus Aethiops in porta

1 L. Munatio *Oudendorpius* ‖ 2 *Cassius Dio XLVII 40,2sq.* ‖ 3 nocte *ante* lux *add. Schefferus post* ita *ego* ‖ 4 Veronensi *H. Hauptius* ‖ 9 humo, a: *corr. Freinshemius* humero ac *Schefferus* ‖ 12 *Cassius Dio XLVI 49, 2* ‖ 17 Cn. Octauius L. Cinnae *inseruit Rubino* ‖ 18 Caecinnae: *corr. Schefferus* | P. Tarquinius P.: *corr. Rupertus, v. p. 171,2* Cornelius Cinna L. Cornelio Merulae et Flavio. Bruto *Freinshemius* | *lacunam post* Tullius *indicavit Iahnius* ‖ 20 *Florus II 17, 7, Plutarchus Brut. 39, 48, Appianus civ. IV 134, Cassius Dio XLVII 40, 7 sq.* ‖ 24 Victoriam Cassii cum ferret ferculo, decidit *Oudendorpius* puer ∗ i. p. V. cultus c. f. f. d. *H. Hauptius, sed v. Museum Rhenan. LII (1897) p. 2*

occurrit et a militibus confossus. Cassius et Brutus interierunt.

C. Furnio C. Silano coss. 737/17

sub Appennino in villa Liviae, uxoris Caesaris, in- 71
genti motu terra intremuit. fax caelestis a meri- [131]
diano ad septentrionem extenta luci diurnae similem nocte⟨m⟩ fecit. turris hortorum Caesaris ad portam Collinam de caelo tacta. insidiis *Ger*manorum *Ro*mani circumventi sub M. Lollio legato graviter vexati.

Paulo Fabio Q. Aelio coss. 743/11

in Germania, in castris Drusi examen apium in ta- 72
bernaculo Hostilii Ru*f*i, praefecti castrorum, consedit [132]
ita, ut funem praetendentem praefixamque tentorio lanceam amplecteretur. multitudo Romanorum per insidias subiecta est.

3 Syllano: *corr. Oudendorpius* ‖ 6 lucem *Stephanus* ‖ 7 in nocte: *corr. Freinshemius* ‖ 8 Romanorum Germani: *corr. Schefferus, v. Velleius II 97, Suetonius Aug. 23, Cassius Dio LIV 20, 5 ante* insidiis *vel ante* sub (9) *compluria verba excidisse putat H. Hauptius* ‖ 11 apium ǀ cum in ‖ 12 Rutilii: *corr. Freinshemius* ‖ 14 Germanorum — subacta *Iahnius, v. Plinius n. h. XI 55, unde cum pateat prosperrime post hoc prodigium pugnatum esse, fieri non potest, quin ultimum enuntiatum ad Vari cladem pertineat*

NOMINA PERIOCHARVM FRAGMENTORVM OXYRHYNCHIACORVM OBSEQVENTIS

Aboedeni 39, 6
Acarnanes 32, 17. 38, 9. 13. 40, 10. 11
Achaei 33, 17. 39, 24. 42, 22. 46, 18. 61, 11. 64, 2. 6. 10. 65, 14. 125, 18
Achaia 64, 11
Achaicum bellum 64, 1; Achaico concilio 64, 4
Achillas (Archelaus *codd.*) 107, 21
Acilius (historicus) 65, 22
M'. Acilius 163, 10
M'. Acilius Glabrio 43, 6. 44, 8. 123, 7
Actiaca victoria 119, 25
Actium 119, 18
Adramyttium *v.* Hydramytium
Aebutius 127, 38
Aedui 74, 17. 101, 20.
Aegates insulae 24, 8
Aegyptus 20, 11. 51, 8. 52, 18. 53, 17. 65, 5. 72, 7. 102, 10. 23. 107, 4. 19. 108, 3. 109, 22. 168, 25. 177, 5
Q. Aelius 181, 10
Q. Aelius Paetus 153, 22
Sex. Aelius Paetus 41, 14
Aemilia via 125, 31
Aemilia, virgo Vestalis, 75, 21
Mam. Aemilius dictator 9, 8. 13
Mam. Aemilius 84, 22. 174, 5
M. Aemilius Lepidus 45, 21. 50, 4. 52, 17. 53, 10. 15. 55, 11. 131, 82. 153, 7. 18
M. Aemilius Lepidus 67, 24. 158, 6. 161, 8
M. Lepidus 94, 3
M. Lepidus triumvir 111, 4. 17. 113, 3. 14. 114, 2. 3. 6. 116, 10. 118, 2. 119, 27. 177, 13. 178, [29]. 179, 1. 29
M. Lepidus, triumviri filius, 119, 26
Aemilius Paulus 27, 18. 21.
L. Aemilius Paulus 50, 11. 12. 51, 6. 20. 53, 2. 56, 16. 63, 23. 74, 22. 129, 67. 137, 143. 152, 6
L. Paulus 114, 6. 176, 20
M. Aemilius 145, 215
Aemilius Potensis 166, 17
Aemilius Regillus 43, 21. 44, 6
Aenaria 171, 7
Aeneas 1, 2
Aequi 7, 12. 11, 10. 16, 5
Aesculapius 17, 19. 23
Aesernia 21, 15. 82, 12. 83, 5
Aesi forum 155, 14
Aesquilinus collis 3, 3
Aethiops 180, 26
Aetna 158, 3. 159, 2. 161, 11. 162, 14
Aetoli 32, 16. 33, 23. 39, 21. 42, 19. 23. 43, 8. 44, 9. 12. 123, 3
L. Afranius 106, 5. 108, 20. 109, 17. 176, 1
Africa 22, 8. 10. 30, 5. 34, 7. 20. 25. 35, 5. 8. 12. 37, 5. 16. 38, 4. 40, 18. 56, 21. 25. 58, 14. 59, 13. 63, 10. 73, 7. 85, 16. 20.

86, 18. 89, 29. 93. 6. 9. 106, 17. 108, 7. 12. 109, 2. 23. 115, 10. 117, 11. 118, 2. 135, 125. 161, 24
Alba 1, 3. 16, 19. 75, 1. 82, 13
Albani 1, 11. 90, 23 (*orientis gens*)
Albanus lacus 10, 1
Albanus mons 153, 15. 163, 21. 180, 8
Albingaunum 35, 11
Alesia 104, 21
Alexander (magnus) 16, 12. 14. 42, 7. 15
Alexander Balas 64, 27. 65, 12. 67, 16
Alexander, Cleopatrae filius, 119, 9
Alexandria 108, 2. 119, 18. 21
Alia 10, 17
Allobroges 74, 13. 23. 75, 4. 100, 23. 162, 15
